

TRANSCRIPCIÓN DE LAS CONSUEUDINES EPISCOPATUS GERUNDENSIS

Matilde CONDE SALAZAR

Consejo Superior de Investigaciones Científicas

M. José LÓPEZ DE AYALA

Universidad Nacional de Educación a Distancia

INTRODUCCIÓN

1. Descripción

Ofrecemos la transcripción completa de las *Consuetudines Episcopatus Gerundensis* que Tomás Mieres recopila y redacta en 1439 a partir, según manifiesta el propio autor en la introducción, de los libros de los Peritos de Gerona que, una vez compilados en 1430, ordena y redacta con la ayuda de importantes varones de la diócesis, a fin de que resultasen asequibles para su consulta.

El Dr. Sánchez Mariana, director de la Sección de manuscritos de la Biblioteca Nacional de Madrid, nos informa que el manuscrito estudiado es una transcripción de estas consuetas realizada por un autor anónimo en el siglo XVIII, en papel de la segunda mitad de este mismo siglo.

El original consta de un total de 133 páginas de las que 107 están numeradas, y son las que recogen el texto latino en 71 epígrafes de legislación referente a los derechos personales, usos y costumbres de las distintas clases de labradores pertenecientes a las iglesias parroquiales de la Diócesis de Gerona. Las 26 páginas restantes, sin numerar, contienen el índice de las consuetas (4 páginas) y un glosario en castellano, dividido en 30 apartados, en que se da la explicación de una serie de términos antiguos referentes tanto a las personas de los labradores, como a los derechos y obligaciones de cada uno de ellos, al tiempo que se facilita abundante información bibliográfica.

Contiene también unas notas marginales a la parte latina, o consuetas

propriamente dichas, que sirven de aclaración para algunos conceptos a base, sobre todo, de remisión a diferentes fuentes. Son de la misma época e incluso de igual letra que el resto del texto.

El manuscrito pertenece al archivo particular de la Dra. Butiñá, por cuyo encargo hemos realizado este trabajo y a la que agradecemos su deferencia, así como la colaboración y ayuda prestada en todo momento. También agradecemos a Pere Martí los medios que nos ha brindado para su publicación.

2. *Antecedentes*

Un estudio bastante completo de la historia de esta legislación puede encontrarse en la obra de Jaime Cots y Gorchs, *Consuetudines Diocesis Gerundensis. Estudio y transcripción según los mm.ss. más antiguos del siglo XV*, Barcelona, Librería Casulleras 1929, con la que el autor obtuvo su doctorado en 1928 y que incluye:

a) Una introducción en que estudia las características del Derecho catalán medieval en general y, dentro de este marco territorial, el derecho consuetudinario de Gerona, sus antecedentes históricos, redacciones, extensión territorial, contenido y fuentes.

b) Estudio y transcripción de la redacción primitiva a partir de tres manuscritos del s. xv (4670 A. del fondo latino de la Bibliothèque Nationale de Paris; 6266 mod. de la Biblioteca Nacional de Madrid y sig. a-IV-22 de la Biblioteca del Escorial).

c) Estudio y transcripción de la recopilación sistemática de Mieres según el ms. de la Biblioteca del Escorial (sig. e-11-13).

c) El trabajo se completa con una bibliografía en que se nombran los principales estudiosos de la materia hasta ese momento, como Corbeilla, Himojosa o Valls Taberner.

La bibliografía de Cots se puede completar y actualizar con la que, aplicada a cada autor en particular, recoge Mariàngela Vilallonga en *La literatura llatina a Catalunya al segle XV. Repertori bio-bibliogràfic*, Barcelona, Curial Edicions Catalanes 1993.

3. *Aportaciones de nuestro trabajo*

El ms. del que ahora presentamos la transcripción, fechado como decimos a mediados del siglo xviii, viene a demostrar la enorme repercusión

y vigencia que siguió teniendo, en el territorio del obispado de Gerona, esta legislación consuetudinaria creada en época feudal.

Pero además completa, creemos, los trabajos realizados anteriormente puesto que aporta un importante número de anotaciones con continua remisión a fuentes relacionadas con el asunto de que trata la rúbrica o el capítulo de la misma correspondiente que pueden ser de gran utilidad para los historiadores del derecho catalán, así como un glosario de términos en que de nuevo encontramos remisión a fuentes documentales entre las que, en este caso, se incluyen autores latinos antiguos.

4. *Características de nuestra transcripción*

Para la realización del trabajo se han tenido en cuenta las siguientes normas:

1. Respeto de toda la puntuación del manuscrito.
2. Mantenimiento de mayúsculas y minúsculas, aunque su uso resulte a veces arbitrario.
3. Permanencia de todos los signos diacríticos originales, excepto algunos acentos.
4. Conservación de todas las abreviaturas, desarrollando sólo aquellas que son evidentes *per se*.
5. En notas a pie de página se ha reunido información de tres tipos:
 - a) En el manuscrito, la remisión a las notas marginales desde el texto se hace unas veces mediante letras, otras a base de números y, en otras ocasiones, existe la nota, pero falta la referencia en el texto. Este problema lo hemos resuelto unificando las diferentes casuísticas y estableciendo el sistema de notas a pie de página.
 - b) También en notas a pie de página, y dentro de la numeración sucesiva de las mismas, hemos incluido, en este caso en cursiva, algunas advertencias que considerábamos que debían figurar en un lugar determinado, como la falta de alguna rúbrica o de algún capítulo dentro de las rúbricas.
 - c) Por último se advierte en estas notas de la corrección de los errores registrados en el manuscrito.
6. A través de toda la transcripción del texto latino aparece un número consecutivo, entre paréntesis y en cursiva, que se corresponde con

la página original del manuscrito. Se mantiene dicha numeración a fin de que siga teniendo vigencia el índice con entrada alfabética que cierra las consuetas.

7. En la segunda parte el autor subraya el texto de referencias a fuentes o citas latinas. En nuestro trabajo nos ha parecido mejor, a fin de mantener una cierta unidad, eliminar los subrayados y escribir, sin embargo, en cursiva el texto que en el manuscrito queda sin subrayar y que es precisamente el que está en castellano.

(1) Consuetudines Episcopatus Gerundensis¹ quae² hactenus³ observari consueverunt veluti leges Patriae, et municipales.⁴

Per Thomam Mieras in Decretis Licentiarum qui in dicta civitate originem duxit recopilatae et in ordinem redactae anno Domini 1439.

In Nomine Domini Iesu-christi, et eius Genitricis Gloriosae Mariae semper virginis Amen.

Cum essent quam plures diversaeque consuetudines, et usantiae in libris Peritorum Gerundae scriptae, practicando ab antiquis introductae, et inordinate positae de quibus Ego Thomas Mieras subnominatus, ut quan-dam sub congruis titulis fecerem compilationem in anno a Nativitate Domini 1430. quae tamen plena non est, et propter earundem usantiarum diversitates, et contrarietates, ac aliter confusiones inducere vide(2)buntur, et super eisdem vacillatum extitit sepius in Iudiciis curiarum ipsius Civitatis et Diocesis Gerundensis, ac inter Dominos Jurisperitos, et alios in collationibus exercitiis controvertia; Propterea Honorabilibus, ac providis viris, Magisterisque meis Dominis Petro de Dons Dominis Antonio Agu-lana, et Bernardo de Pulchroloco Legibus Doctoribus, Andreea Cornell, Antonio de Messor, Gabrieli de Laviá, Bernardo Guell in legibus egregii, Bernardo Truginer, Bernardo Texidor, et Michaeli Thome Mieres in De-cretis Licentiatis Patronis Causarum, et in eadem civitate practicantibus visum fuit ipsas consuetudines, et usantias in unam compilationem, et con-cordantiam redigere, taliter ut Iudicantes, et advocantes in causis, à modo super eis, et earum observantiis non oporteat amplius haesitare. Ideo anno a Nativitate Domini 1439. praedictae usantiae, et consuetudines antiquae

1. Gerunda Civitas praeclarissima a Gerionibus condita fuit ut tradit Puiades in suo chalon. L. 1. c. nota quod Ptholome mella, et aliis in maximum habita propter Gerunden-se Concilium nationale in ea habitum quique inter Generalia ponitur, et ab omnibus propter Narcisum eius Antistitem culta. De civitate Gerundae, vide Gonzalez ad capitulum ex litteris 8. de eo qui cognovit etc.

2. In aliquibus codicibus haec non habentur ita tamen reperi apud codicem Petri, Pauli Perpi. V.J.D. Cartilio Empuriensi.

3. An consuetudines quae notoriae solent observari sint probandae? Dic. quod non plene Decius conc. 302. n. 10. vol. 3. Ad hoc autem ut quid dicatur notorum Sententia requiritur ut per Apos in L; Bar. in L. fin n. 30. verbo notorum f. si certum pet. et de triplici notorio vide. sum. Angeli. verbo notorum. Et an hae consuetudines sint probandae vide Ioan. socarrats in proemio consuetudinis Petri Alberti p. 2. n. 2. et 10. dec. cons. 215. p. 2. n. 7. Casaveus in consuetudine Burgunense in conclusione, et aprobatio-ne consuetudinum in verbo Pource uiusmodi n. 1. et 2. et ibi an sint Alexrandae, et ad illarum probationem admittantur etiam testes singulares fran. curt. Iunior. in tractatu feu-dali p. 1. n. 14. Capici dec. 26. n. 22. et decis. 176. mich. Dom.

4. Et servantur pro tota civitate, et Diocesi prolege et senatus solet iudicare secun-dum eas quoties se ofert occasio Font. decis. 578. n.23.

resecatis quibusdam contrariis, et superfluis ad concordiam deductis, (3) et aliis abrogatis per contrariam consuetudinem obiectis fuerunt in hanc compilationem per congruos titulos per me dictum Thomam Mieres | salva correctione praedictorum Dominorum meorum reductae, et compositae sub forma sequenti.

Rubrica 1.

DE IURIBUS PERSONALIBUS A RUSTICIS, ET IUVENIBUS HOMINIBUS
GERUNDÆ, ECCLESIA PAROCHIALIBUS DE USANTIA, ET CONSUETUDINE
PERTINENTIBUS.⁵

Cap. 1. Anno ab Incarnatione Domini 1438. vigebant mortalitate magnæ, et plures Mansi⁶ Gerundensis Diocesis remanserunt de-habitati in quibus aliqui Pupilli, et extranei successerunt, et orta questione super Ecclesiasticis Iuribus fuit postmodum ita Iudicatum, quod Pupillis existentibus extra Parochiam, et aliis etiam ad quos dicti Mansi pertinent ipsi (4) non tenerentur ad dicta Iura Parochialia ipsis tamen Pupillis existentibus, et residentibus intra Parochia, maioribus septem annorum quo solverent dicta Iura Parochialia (alibi Personalia) et idem in quocumque alio maiore habente mansum licet de-habitatum, ex eo quod ipse ad quem pertinet quoad utile dominium resideret infra Parochiam.

Cap. 2. Si quis Iuvenis homo emerit mansum, et si non habitet in ipso, si infra Parochiam suam faciet habitationem debet solvere quae ante acquisitionem ipsius mansi faciebat Clericis, ut Iuvenis homo, et ita fuit ex consuetudine Iudicatum.

Cap. 3.⁷ Si quis tenet duos vel tres mansos unum solum habitet caeteris existentibus de habitatis debet solvere dicta Iura Personalia tan-

5. An consuetudo liget clericos vide Bart. in L. 2. coll. penult. q. 34. n. cod. quae sit longa consuetudo, et de materia consuet. libri feudorum vide curssun. de focadis p. 1. q. 2. cum seqq.

6. Mansum secundum Bar. in l. si ita f. de aur. leg. dicitur quantum quis cum uno pari Bovum laborare potest, ut in cap. 1. extra dependentibus et habetur in hoc termino in cap. 1 § si quis de manso si de feudo fuerit controv. in usibus feudorum mich. Dominus Gonzales Tellez ad capitulum 1 de consuetudinis exactionibus etc. in principio com dic. cap. 3. eodem n. 2.

7. De hac materia vide Romag. ad sin. Gerundensem fol. 242. n. 102. 103. 104 et 105.

tum pro uno manso, scilicet pro illo pro quo maiora Iura solebant prestari, et ita fuit sepé (5) de consuetudine Iudicatum.

Cap. 4. Si aliqui Iuvenes Homines qui non possident mansatum, vel medium mansatam sunt Parochiani alicuius Ecclesiae in qua recipiunt ecclesiastica sacramenta contradicunt facere servitia ecclesiasticae vel solve-re Bladum, quod vulgariter nuncupatur bladum Ordeii allegando ipsa Iura quam prestitisset Ecclesiae; Dic quod videndum est cuiusmodi, seu quas possessiones ipsi Iuvenes Homines sint aequales, vel possint coequari in possessionibus Rusticis, a mansatis ipsius Parochiae mediis mansis, Bor-dis, et sic de aliis, quibus sic visis, et in veritate discussis cogentur per censuram ecclesiasticam (non obstante temporis lapsu) facere Ecclesiae Pa-rochiali in qua recipiunt ecclesiastica sacramenta, et clericis servitia, tam Personalia, quam Realia, quae faciunt ipsi de Parochia, quibus ipsi Iuve-nes Homines (6) reperti fuerint in possessionibus (ut praedictum praemis-sum est) adequari, et ita fuit in praedicta Diocesi sepé de consuetudine Iudicatum.

Cap. 5. Item est consuetudo quod omnes terrae, et possessiones man-sorum pro quibus fit, et prestatur Bladum Ordeii, vel aliud servitium rea-le tenentur obliganturque in prestatione ipsius servitii, et per consequens tentores et possessores, et tenetrices terrarum, et possessionum dictorum. Mansorum tenent, et debent contribuere, ac mitere partem in dictis Bla-dio Ordei, vel alio servitio reali secundum magis, et minus tradendo id quod contigerit eos solvere tenetoribus.

Cap. 6. Item si mansa devenerit ad benevisum Domini Mansi pro terris quas tenent debet quilibet eorum solvere bladum Olei, et luminaria consueta census, et fabrica (7) de districtu, et omnia alia Iura.

Cap. 7. Item servatur quod si vir, et uxor licet habeant duo Hospi-tia, tamen ad Invicem commorantur in eadem Domo, et Parochia, et cle-ricus Parochialis petit duo servitia personalia unum ex uno qui est verus Dominus hospiti in quo habitant, aliud ex uxore, quae est haeres, et Pro-prietaria alterius hospiti in eadem Parochia in quo Nullus (suple eorum H.P.) habitat quod ipsi clerico Parochiali non debentur duo servitia, sed unum solum.

Cap. 8. Notandum est circa servitia quae Parochiales Ecclesiae reci-piunt in mansis in Episcopatu Gerundense videlicet illae commestiones

quae dantur⁸ clericus, vel id quod comeditionibus eis datur, datur ratione Personarum, et non possessionum, et oblationes, et defunctiones,⁹ (8) et ita consuevit iudicari per G. de Cabanellis: licet quedam Iura videantur innuere quod oblationes possint peti ratione possessionum unde secundum praedictam consuetudinem secundum quam iudicavi in dicto Episcopatu si mansi pereunt seu moriantur: Ita quod non sint ibi Personae ecclesiasticae praedicta perdit, habebit tamen alia quae dantur ratione possessionum scilicet Bladum Olei, et denarios cerei Paschalis, et lumen in vigiliis¹⁰ et forte bladum Monachiae quod datur monacho, seu Clavigero, ut patet videri in pluribus Ecclesiis ubi est Monachus, seu Clavigero satis enim circa istas potest attendi consuetudo et Iudicari secundum eam non tamen de Blado Monachiae, et ita Iudicandum est de aliis. Et secundum hoc videtur posse dici quod servitia quae dabentur, et fiunt propriis Personis clericorum, et non ipsi ecclesiae, ut commestiones (9) de oblationes, et defunctiones pereunt quo quomodo Personae non sint in Mansis ipsa vero quae fiunt specialiter Ecclesiae ut Bladum, Oleum, et luminaria, et huiusmodi quae clerici suis usibus non aplicant sed, Ecclesiae, non pereunt cum Personis Mansorum imo semper durant cum suis Mansis, et honoribus, et sicut Ecclesiae quibus ipsa applicantur non pereunt sed semper durant, et sic Personae respondent Personis, et res rebus, quod est dicere quod tantum dum Personae sint in Mansis Nihilominus respondent, et faciant illa servitia quae faciunt Ipsi Ecclesiae, et clerici suis usibus non applicant sed Ecclesiam illuminant, et honorant.

Rubrica 2.

DE HOMINIBUS¹¹ PROPRIIS ALIAS DE STATU HOMINUM, ET MULIERUM RUSTICORUM ET IUVENUM¹² HOMINUM DIOCESIS GERUNDENSIS.

Cap. 1. Filius Hominis alicuius qui (10) sit homo proprius, et solidus quamvis eius Mater sit libera ex quo natus est ex matrimonio sequitur

8. De quibus Cortiad. dec. 192. pag. 65. Romag. ad synod. lib. 3. tit. 12. cap. 2. n. 102. 103. 104 et 105. pag. 247.

9. *Corregimos la lectura dufunctiones del manuscrito.*

10. Clerici tenentur ad sumptum lampadis ardentes ante sacram Eucharistiam cod. sanc. § fin. de celebr. missis. C.1. de custodibus Ecclesiarum nisi consuetudo esset in contrarium ut per Rip. in cap. 20. lib.7. f. de leg. et quae sit longa consuetudo mich. Dom. videndus Romag. ad syn. lib. 3. tit. 17. cap. 21. pag. 292.

11. *Corregimos la lectura Homnibus del manuscrito.*

12. Iuvenis Homo est qui non tenet nisi Personam pro Domino ut in C.1. de empt., et vendit.

conditionem Patris. Ita quod est illius Domini cuius est Pater, si vero sit spurius sequitur conditionem Matris, idem in naturalibus, et ita de consuetudine iudicatum.

Cap. 2. Si Homo alicuius Domini se fuerit sine licentia Domini tonsurari, et moriatur intestatus, vel exorcus, Dominus debet habere intestiam, vel exorquiam, quia licet Dominus per tonsuram amisserit Ius in Personam non tamen amissit Ius quod habebat in bonis, quae remanescunt obligata Domino pro Iuribus suis, quidam tamen dicunt quod poterit revocari nisi fuerit in sacris.

Cap. 3. Faemina propria alicuius tenetur facere evenire maritum suum cum Prole sua nascitura ratione mansi (11) quem tenet vel habet se redimere Domino et e converso Homo meus tenetur facere evenire uxorem suam de Domino suo, alias possunt prohiberi ne marentur in Manso insisto Domino allodialio donech prestiterit homagium Domino quia vir, et uxor debent esse eiusdem Domini.

Cap. 4. Item uxor Hominis mei si per 30. annos steterit in Manso cum eo, et ab eis receperim servitia solita censetur femina mea, et in bonis suis competunt mihi Domino Iura Intestia, et exorquia si moriatur intestata, vel exorquia et e contrario de Homine marito feminae meae ratione mansatae.

Cap. 5. Si aliquis extraneus habitaverit in castro alicuius per 30. annos non ex hoc efficitur de Dominio Domini Castri, nec talis Dominus inde poterit habere iura Intestiae, et exorquia, unde usaticus de Intestatis et Usaticus de exorqiis loquuntur de Homi(12)nisbus subiectis ratione solidantiae qui sunt tanquam liberti adscriptiae conditionis, non autem de subiectis ratione Iurisdictionis, quia illi sunt liberti secundum doctrinam

Homo proprius quis sit, et dicatur Vilapl. ad Peg. 9. praeclud. 2. n.36. et 37. Romag. ad syn. lib. 3. tit. 5. cap. ... pag. 95.

Et quis dicatur Homo meus vilapl. ad Peg. vers. 1. n. 48. pag. (10) 480. Oliba de actionibus tom. 1. p. 1. lib. 3. §. praeiuditiales à n. 4. pag. 508. de iure Castallae Garcia de expensis cap. 9. n. 53. Rusticus, Borderius, et Iuvenis Homo qui sint, Mieres in Cur. Bar. Iacobi 2. Collat. 4. cap. 22. n. 4. pag. 236. tom. 1. Mansus Personata, et Borda idem sunt. Mieres tom. 1. in Curia Petri 2. Collat. 4. cap. 24. pag. 109. contra socarrats ad cap. habitu. n. 40. pag. 348.

De antiquis vocabulis tiraquel de retract. lignagur § 1. glos. 8. pag. 80. cap. 2. de Iudeis, et sarracenis cap. 1. de servis non ordinandis cap. Iudicatum 3. de immunit Ecclesiast, ubi de adscriptitiis.

nam sapientum, et generalem usum huius terrae, et hoc denotat verbum *senyors* in usatico positum.

Cap. 6.¹³ Item servatur in Diocesi Gerundense quod si Mulier femina propria alicuius Domini habuerit Filios, a quodam non viro suo non extraneo filios illegitimos Dominus petat exorquiam ab ea pro eo quod obiit sine legitima Prole: Quod Dominus non habere debet, et ita fuit iudicatum, et potest esse ratio quia Filii licet spurii sunt eiusdem Domini.

Cap. 7. Non cogit Dominus Hominem suum ab eo feudum tenentem dare redemptioni, nisi homo ille feudum vel mansatam acquireret alterius vel in aliquo praedictorum per (13) uxorationem intraverit propter quod de Dominio Domini illius feudi, vel mansatae debeat pervenire, hoc enim casu dando primo Domino pro redemptione tertiam partem bonorum suorum mobilium ab eodem Domino erit liberatus, nec se redimere cogi poterit nisi fuerit masculus qui uxorem ducat, vel corrupta Mulier quae virum ducat: His enim casibus Domino requirente, aut debet uxor se redimere, aut Maritum suum facere venire¹⁴ et si maluerit se redimere tertiam partem bonorum mobilium Domino suo dabunt, non tamen immobilium licet quidam asserant quod non credo ex quo enim tantum Dominus compellit suus Hominem causative. Compellit Dominus suum Hominem ad redemptionem suficit quod per hoc tantum Iuris assequatur, quantum per eius mortem haberet si intestatus decederet, vel exorcus tertiam partem bonorum (14) mobilium secundum generalem consuetudinem; si vero fuerit femina virgo Puella incorrupta quae matrimonium velit contrahere, tunc dando Domino, vel illo recipere nolente in altero die Benedictionis nuptialis coram testibus deponendo duos solidos, et octo denarios absolvuntur, et erit libera a Dominio sui Domini ex consuetudine huius Diocesis. Et hoc est verum indubitabiliter quando ipsa Puella non est sit unica, nec haeres mansi, sed extrabasse mansi, quia si fuerit haeres, vel unica, et rebassa Mansi, tunc nullo modo cogitur Dominus eam redemptioni dare, imo si fuerit redemptioni data per Dominum Ecclesiasticum Mansi talis redemptio est nulla, et invalida ipso iure quia non potuit a gleba separari, et poterit per Dominum Ecclesiasticum mansi repeti tali invalida redemptione non obstante, si vero fuerit Puella unica filia Iuven-

13. Vide cap. 5 infra de exorquiis.

14. In codicibus Michaelis Domenach, et Petri Pauli Perpiñá habetur hic additamentum hoc: Item et vir uxorem vel se redimere, et consonant litterae Inferiorum loquentes de utroque H.P.

nis hominis, tunc Dominus cogitur illam dare redemptioni si (15) matrimonium contrahere velit, sed tenebitur pro redēptione Domino dare tertiam partem bonorum mobilium sicut pro exorquia, quia Dominus eam amittit in totum, et nullum ius sibi a modo remanebit perinde, ac si ipsa unica Iuvenis virgo decederet, et hoc est, verum si quando contrahit erat unica et non habebat Parentes, vel habebat tales quod non erat spes procrehandae Prolis, alias absolveretur pro duobus solidis, et octo denariis, et ita sunt servatae, et concordatae usantiae quae de his videbantur contrariari, et confusionem maximam inducere.

Si vero Iuvenis homo masculus qui non sit unicus nec habeat Parentes quorum sit spes Prolis procrehandae, velit uxorem ducere, vel se stabiliri, tunc si vellit se redimere (nisi aliter cum Domino convenerit) tenetur Domino pro redēptione dare tertiam partem bonorum omnium quaecumque sint, et quocumque, quia ex quo Dominus non petit ipsum Iuvenem hominem cogi (16) facere ut se redimat, sed ipse homo Dominum cogit, habet Dominus tertiam partem omnium bonorum etiam immobilium pro redēptione, secus si Dominus cogit illum, quia tunc de mobilibus tantum habet tertiam partem ut est dictum, si autem Iuvenis homo, nihil modicum habet in bonis, tunc Dominus debet habere pro redēptione secundum convenientiam eorundem inspecta qualitate ipsius Iuvenis hominis, et legitima seu parte pertinente in bonis ipsius Mansi presenti vel futura ex testamento vel ab Intestato, et idem servatur in omnibus in Iuvene corrupta, vel non corrupta femina, ni vellet matrimonium contrahere, quia Dominus nihil debet habere pro redēptione Incorruptae, nisi duos solidos, et octo denarios monetae ternalis, quae debet dari, vel offerri antequam matrimonium fiat per verba de presenti, vel coniugalis copula sequatur, alias habet se redimere, ac si corrupta (17) ab amasio extisset, et ultra duos solidos, et octo denarios Dominus ratione firmae vel consensus prestandi ipsi redēptioni non debet a Virgine Muliere aliquid extorquere, quod verum est nisi sit unica ut supra dictum est.

Cap. 8. Si Homo aliquis recedat a terra sua, et postea ad eam redierit Dominus potest eum retinere, et eius bona emparare quo usque ille se redemerit, vel fecerit Domino Instrumentum recognitionis per quem promittat certum censum dare ipsi Domino quolibet anno, et fuit de consuetudine ita sepe iudicatum, et obtentum, nisi ipse homo spetiali privilegio de hoc poterit se tueri.

Cap. 9. Mulier post mortem viri sui si conventio fuerit in dotalibus Instrumentis potest nubere secundo viro in mansata viri mortui, si tamen

Instrumenta fuerint (18) per Dominum firmata, sed non obstante dicta firma Dominii Dominus potest petere quod Maritus recognoscat Dominum Mansi in suum Dominium; alias Mulier potest compelli quod se redimat, et, a manso expellatur ne Dominus defraudetur in Iuribusque debentur propter conditionem partus, Mulier autem dotem suam recuperabit.

Rubrica 3.

DE IUDITIIS¹⁵ FIRMIS, ET DE EMPARIS

Consuetudo est quod si quaerimonia datur contra aliquem, et non firmat Ius¹⁶ querelanti Infra decem dies (qui de more dantur post quaerimoniam factam) ex tunc fit executio, et admititur Iuris firma absque fideiussore, nisi Debitor iuraverit se non invenire fideiussorem, quo casu si Debitor possidet bona immobilia absolvitur ab empara, et restituentur pignora capta, si vero non possidet immobilia remanet empara, et pignora penes curiam (19) donec causa fuerit per sententiam determinata. De hac materia Cort. dec. 12. à n.^o 4. et in add. ad n^o 11. et an per hanc prorrogetur Iuris dictio Cort. dec. 169. n^o 17. in fin. et n^o 40. scilicet per firmam Iuris emparae factae.

Rubrica 4.

DE¹⁷ EMPARA¹⁸

Cap. 1. Item servatur de consuetudine quod si pro Empara fuerit de Iure firmatum cum fideiussoribus Iudex¹⁹ assignat ad proponendum

15. Iudex requisitus sententiam exequi, an possit cognoscere de nullitate sententiae, et aliis opponendis per partem exequitur, vid. Guid. q. 574. mich. Dom.

Iudicandi officium non possunt gerere Notarii, quia non sunt Iurisperiti approvati. Mierés par. 1. cap. ordinamus fol. 127. Mich. Dom. Feriae messium conceduntur in Iuditii in Diocesi Gerundense a 1 Iunii usque ad festivitatem sanctae Margaritae quae est die 13 Iulii ita Mierés cap. 10. coll. 2. inp. 1. fol. 10. col. 2. hodie secundum usum Romanum sancta Margarita est 20. Iulii tamen non credo ferias alterari, quia non festum, sed tempus messium attenditur.

16. Verbo et facti, ut plene dixi in meis Decisionibus Emporitanensis comitatus cap. 8. a n. 26. ad finem in eo qui in termino dixit se firmare ius cum quadam scedula, et tamen revere non fecit stipulationem in posse scribae nisi post terminum dixit satisfacisse, et retro trahi cort. dec. 12. n. 22. pag. 197.

17. Pena frangentis Emparam de consuetudine Cathaloniae est 609. ut per Ioannem socarrats in cap. eodem modo n. 24. fol. 116; se dan ultra penam 609.

cur empara tolli non debeat infra tres *dias*, quibus elapsis si nihil fuerit allegatum si propositum cancellabitur empara, si vero rationes proponantur tunc proceditur causa cognita, et servando consuetudinem praecedentem, sed si empara fiat super pentionibus censualium, seu violariorum debet servari forma generalis constitutionis Cathaloniae inde edita in 6. cap^o

Cap. 2. Item²⁰ est consuetudo, et stylus curiarum huius terrae (20) quod pro penis, et bannis, et aliis Iuribus Fiscalibus litigatur pignoribus captis²¹ quod die ut latius continetur idem infra de Iure Fisci c.1. quod incipit est consuetudo generalis rub. 53.

Cap. 3. Utuntur²² Domini seu Curiae quod non recipiant firmam alicuius super bannis exigendis, nisi fuerit pignoribus tenentibus facta.

Cap. 4. Si Feudatarius, Comes, Vicecomes, vel Miles firmet Ius in posse Domini ratione aprehensae potestatis, vel emparamenti, seu feudi potestatis suficit dare fideiussorem unum militem quantumcumque Inopem, et Dominus non potest eum revocare.

Cap. 5. Item est consuetudo, si propter faticam directi dominii Dominus aprehenderit potestatem Castri, Vassallus facto directo debet recuperare Castrum. Et dicitur factum directum confirmaverit dando unum Militem etiam pauperimum in fideiussorem.

Fisco aplicandam teneatur ad damnum, et interesse particii n. Bald. et Paul. in l. cum cod. de transact. tenent quod non, sed agentem debere eligere, et uno esse contentum per legem celsus ff. de arbi. Bart. in l. si ita stipulatus in ll. oppof. de verb. oblig. plene. Bartholomeus Caepola con 13. n.5. in consil. civil. mich. Dom. vide in cap. 1. rub. de seques. et emp. in cap. 4. ubi expresse habetur quod ultra penam 609. teneatur frangens ad interesse partis.

18. Empara fieri potest die feriata. canc. p. 2. cap. 4. de seques. et emp. n. 31. conciol. ad statut. Eugubii lib. 2. rub. 42. n. 3. Rip. rub. 3. n. 10.

19. Die verum in Iudice seculari, set officialis Ecclesiasticus non consuevit hoc servare, sed si fideiussores videntur sibi idonei consuevit talem emparam absque alia intima cancellare mich. Dom. in curiis comitatus Empuriensis servatur sicut in Curia Ecclesiastica Gerundae.

20. Iuri consonum esse tradit Marq. in Usat. si quis suum feudumq. 15. ubi format facti speciem Mich. Dom.

21. Quae non possunt vendi nisi sententialiter praecedat condemnatio secundum Marquilles in usat. omnes causae in glos. in verb. coactus.

22. Hunc morem scriptum refert, et interpretatur mier. in 1^a parte fol. 111. n. 4. in tit. de execut. et remissione fol. 57. n. 19.

Rubrica 5.

(21) DE CAUTIONE²³ EXPENSARUM AB ACTORE PRESTANDA, ALIAS
DE ASSECURATIONE²⁴ EXPENSARUM LITIS.

Est consuetudo quod Agens Idonee pro expensis cum fideiussoribus si reperire potest, alias prestando cautionem Iuratoriam à dando fideiussore liberetur.²⁵

Presbiter²⁶ tamen agens pro proprietatibus suorum Benefitorum a prestando cautionem expensarum penitus sunt inmunes, et idem servatur in omnibus Personis ecclesiasticis proprietatem tangentibus.

Rubrica 6.

DE FORO²⁷ COMPETENTI, ET UBI, ET, QUANDO DE CAUSIS
EMPHITEOTICARIIS AGI POTEST.

Cap. 1. Item est consuetudo, et usantia huius terrae, quod si unares tenetur per plures Dominos, vel si plures sint Emphiteutae, et Infimus Emphyteota, vel alii qui Ius habent utile recipient laudimia (22) seu foriscapia insolidum et si movebitur talibus, questio de hoc laudimio, et foriscapio per Emptores vel Possessores rei, quod coram Iudice assignato per illum qui insolidum laudinium recepit est haec questio terminanda, et non coram aliis, nec coram Domino maiore, vel eorum Iudice, et hoc est verum, nisi alias constet per legitima documenta.

23. Haec cautio de assecurandis expensis potest peti post litem contestatam cap. 99 los. q. 138. est tamen advertendum quod in causis summaris non prestatur haec cautio ut per Mieres in 2. pag. fol. 38. n. 43. si tamen prestetur non vitiat processum.

24. Ubi expensae principaliter petuntur sententia debet ferri super eis, et non potest reservari taxatio; Ubi vero incidenter condemnatio debet fieri taxatione reservata. Mier. in 1^a parte fol. 119. n. 8. An autem quando expensae principaliter petuntur ab earum condemnatione appellare liceat. Mier. dicit quod non vide in Cur. Regi. Mariae fol. 15. n. 60. par. 1.

25. Tamen hodie non practicatur Romag. ad conciol. lib. 2. rub. 14. n. 16. pag. 195. viden. Andreol. controv. 175. et 180. An. lite pendente possit quis cogi ad dandam cautionem vide Vilapl. ad Peg. vers. 8. n. 11. pag. 428.

26. Clerici de Iure comuni non tenentur ad hanc Cautionem pro commun. prestandam quando sunt sindici, et Economi: l. cum clerici cod. de Episc. et Cleric. Marta de Iurisd. par. 4. cent. 2. casu 160. et ead. pag. 4. cent. 1. casu 55.

27. Iudex domicilii si prevenerit Iuditium loci delicti est Iudex competens Marquili. in usat. 120. q. 1. fol. 324.

Cap. 2. Est consuetudo generalis Cathaloniae quod aliquis non compellatur placitare pro honore quem tenet, nisi in posse illius pro quo ipsum tenuerit.²⁸

Cap. 3. Item est consuetudo, quod si Homo alicuius teneat pro me terram vel aliquid, non teneatur placitare tecum in Domo mea, sed ubi possessio est sita.²⁹

Rubrica 7.

DE LIBELLIS SEU LIBELLI OBLATIONE

Cap. 1. Libellus non datur de minori (23) summa quinquaginta solidorum³⁰ nec fertur in scriptis, sed servatur generalis constitutio Cathaloniae Montisoni quae incipit causae.³¹

Cap. 2. Consuetudo observata, et obtenta est in Curia seculari Gerundae quod si appellatum fuerit ab aliqua sententia, vel praecepto ad Iudicem apellationis ipsius Curiae, quod nisi pars appellans Infra 20. dies post dationem Apostolorum dederit libellum suum coram Iudice apellationis, quod appellatio habeatur pro deserta.³²

Rubrica 8.

DE DILATIONIBUS

De tribus in tribus diebus litigatur in Iudicio seculari salvo quod Militibus, et Domicellis in primo peremptorio dantur 26. dies iuxta constit. Cathal. Generalem.

28. Hoc verum quando Emphyteuta non negat se Emphyteotam si autem neget: vide quae dixi in cap. 1. deprobat.

29. Mier. in Collat. 4. Iacob. 2. in curia Barc. cap. 30. n. 3. fol. 116. citat hanc consuetudinem Faber in cod. lib. 4. tit. 14. de probat. de fin. 69. et consonat. consuet. huius Episcop. rubr. 37. de servit. rustic. predior. cap. 3.

30. Tam in prima, quam in secunda instantia iuxta cap. causae inferius hic memoratum et expressa constitutione loquens de Iudice apellationum Gerundae in cap. comper. constit. quae est 11. in ordine tit. de appellat.

31. Habetur in tit. de Iuris, y *firmes de drets*.

32. De hac consuetudine vide quae dicta sunt in tit. de appellat. cap. 7. ubi habetur.

Rubrica 9.

DE TEMPORE DATO CITATIS QUI MORANTUR EXTRA CIVITATEM.

Cap. 1. *Item servatur de consuetudine quod illis qui morantur extra civitatem dantur in primo citatorio decem dies, et consuevit* (24) *adiici quod constituat Procuratorem, vel eligat domum in civitate ubi fiant assignationes salvo quod omnibus citatis pro pace, et tregua dantur 15. dies iuxta constitutionem, et citatis pro fautoria dantur 10. vel octo dies de stilo Curiae Gerundae.*

Cap. 2. *Consuetudo est in Diocesi Gerundae quod si aliquis offert aliquam protestationem contra aliquem, et ille contra quem protestatur vult inde translatum debet sibi dari expensis protestantis, alias non currit tempus ei cui offertur ad respondendum, quod tempus est duorum dierum post copiam traditam. Et computantur de hora in horam intra quos duos dies Notarius non faciet Instrumentum.*

Rubrica 10.

DE SEQUESTRATIONE, ET EMPARA.

Cap. 1. *Quilibet potest pignorare (alias emparare) censum, vel agrarium in domo, vel in terra³³ quae pro eo tenetur, vel emparare ea quae ibi inveniuntur.*

Cap. 2. *Item quod sagiones ad requisitionem cuiuslibet faciant em(25)paras, licet requirens non doceat de Iure suo, et non expectato speciali Iussu alicuius Iudicis.³⁴*

33. Item pecuniam in posse debitoris sui debitoris protestando quod non solvat donec mihi satisfacerit: Paul in l. haeres ff. ad trebell. quod Alexan. in Apostil. dicit verum quando debitor meus non haberet in bonis per l. 2. cod. quando Fiscus vel privatus = Quanto tempore duret empara, et quod si facta cum causae cognitione conc. 2^a per cap. 4 à n. 14. et à n. 41. = An empara de Iure tolli debeat ex concensu partis absque Iudicis mandato: Marqui. ad usat. rusticus si desemparaverit. vers. quero ecce fol. 190. col. 4. Gratian. discept. cap. 232. n. 11. pag. 112. Cardin. de luca de Benefitiis disc. 98 n. 31 = Et an captus liberari possit de solo concensu creditoris = Font. Claus. 4. glos. 18. part. 4. n. 31. pag. 476.

34. Vide Cortiad. dec. 229. maxime n. 13. pag. 372. ideo fieri, et facta die feriato is tolli poterit: cort. ibid. n. 42. et 43.

Cap. 3. Item quod scriptores Curiae Regiae Gerundae ad simplicem voluntatem illius qui requisiverit fieri cancellet ipsam emparam non spectato iussu alicuius officialis.³⁵

Cap. 4. Item quod Empara iuste vel Iniuste facta est tenenda donec cancellata, et excusat a poena, et periurio³⁶ et qui eam non servat incurrit poenam 609. et nihilominus tenetur Emparanti ad Interese iuxta valorem rei emparatae.

Cap. 5. Item quod omnis empara facta ante causae cognitionem tollitur per firmam Iuris cum fideiussoribus idoneis servata consuetudine quae est supra in rubr. de Iudiciis, et firmis Iuris.

Rubrica 11.

DE PROBATIONIBUS, ET DE EDENDO.

Emptor rei emphyteoticariae tenetur mihi ostendere Instrumentum empptionis in quo (26) continetur quod ipsa res tenetur pro me quantum ad Dominium directum quod si Emphiteuta negat amittit rem et sic cadit in comissum.

Rubrica 12.

DE PROBATIONIBUS, ALIAS DE PRAESUMPTIONIBUS = ITEM DE RUSTICIS QUI INTRANT IN MANSUM.

Cap. 1. Est consuetudo huius terrae quod si vir intret causa Nubtiarum³⁷ aliquem Mansum cuius Mansi eius uxor sit Domina proprietaria, quod omnia bona mobilia existentia in illo Manso sunt, et pertinent eius uxori, et eius Manso, et non dicto viro, nisi ipse vir legitime poterit ostendere quod Ipse de suo proprio ea emerit, vel acquisiverit exceptis vestibus suae Personae, et armis quae presumuntur esse dicti viri tantum = Et casu quo idem vir quavis causa exierit dictum Mansum, omnia dicta

35. Exequutio pro re emparata non fit nisi citato principali debitore, aut eo longe absente prestita cautione. Ripoll. sup. hac rub. n. 24.

36. *Está indicada la llamada, pero falta la nota en el manuscrito.*

37. De materia huius consuetudinis vide Parexa de Instr. edit. tit. 5. reso. 12. pag. 325. Gracian. discep. cap. 188. n. 46. pag. 452. caldas. de renovat. Emphyt. lib. 1. quest. 15.

bona remaneant penes dictum Mansum seu eius uxorem, nisi vestes, et arma praedicta, et ea quae legitime probaret vir fore empta de suo proprio.³⁸

Rubrica 13.

(27)

DE IUREIURANDO.

Cap. 1. Quando est questio inter Christianum et Iudeum³⁹ et causa habeat decidi per Iuramentum Iudei, tunc Iudeus debet Iurare solemniter super plagiis excepto Iuramento calumpniae, quod prestatur super decem precepta Legis coram Iudice.

Rubrica 14.

DE PRESCRIPTIONIBUS.

Cap. 1. Prescriptio 30 annorum⁴⁰ est necessaria in factis in quibus requiritur prescriptionibus minoribus, salvo semper usat. hoc quod Iuris est sanctorum Patrum, et etiam salva hypothecaria quae extenditur etiam ad 40. annos contra Debitorem possidentem rem obligatam, vel eius haeredes In usu capione vero triennis super mobilibus servatur Ius Romanorum.

38. Quod mobilia presumantur mulieris in cuius domum vir ingressus fuit. Cort. dec. 237. n. 14. et n. 16. pag. 469. socarrats ad cap. nullius n. 18. pag. 353.

De rebus vero immemorialibus Emptis per virum durante matrimonio est dicendum quod erunt ipsius viri de Iure enim comuni sibi competunt, et non uxori. L. ex pecunia de Iur. dot. si tamen poterit probare quod ipse emit de bonis sibi pervenientibus durante matrimonio dicto seu ats legitime provaberit quod esset de proprio soluta; ats presumitur empta de fructibus dicti mansi quae sunt de nostra consuetudine dictae suae uxoris. Et etiam posito quod Instrumenta dictae emptionis solent in Personam dicti viri tantum, intelligo quod tunc dictus Vir existens in dicto manso non faciat fructus suos nisi uxor constituit sibi dictum Mansum in dotem.

39. Iudeis qualiter deferatur Iuramentum Calder. dec. 7. n. 23. Fermos. ad cap. Iudei 21. de testib. quest. 2. n. 13. et 14.

De prescriptione immemoriali contra Ecclesiam Romag. synod. lib. 5. tit. 12. a n. 124. et ad conciol. lib. 2. rubr. 30. n. 74. pag. 263. Protuenda n^a consuet. Font. Claus. 4. glos. 18. par. 5. a n. 61. ad 69. De effectibus immemoriali, et de prescriptionibus censuum trobat. ques. 14. art. 3. n. 107.

40. Hanc interpret Mieres in 3. parte in Curia Regi Mariae col. 10. fol. 14. n. 42. et seq. usque ad 36. Marquil. Usat. 166. fol. 352.

Cap. 2. Si Homo alterius non prestiterit homagium solidantiae⁴¹ (28) et moram fecerit in aliqua civitate vel villa Cattaloniae per annum, et diem, qui non fuerit requisitus prescribit, et acquiririt plenam libertatem de Consuetudine.

Rubrica 15.

DE APPELLATIONIBUS.

Cap. 1. Item quod pro inhibitione Iudicis a quo dantur Iudici ad quem appellatur 5. solidi pro salario de consuetudine, et non ultra.

Cap. 2. In Curia seculari Gerundae assecuranter expensae ab utraque parte cum pignoribus.

Cap. 3. Item super Iudicio possessorio appellatur.

Cap. 4. Nota quod appellations sunt Domini Castri in quo habet Iurisdictionem, et Non superioris, et ita fuit Iudicatum in Cathaloniae sepius per glos. in usat. omnes homines tam Milites etc. Item per dictam glos. utimur quod in caassis quas habet subditus cum (29) Domino Dominus non appellat pro quo vide in spec. tit. de appell. §. in quibus vers. 33.

Cap. 5. In causis minoribus quinquaginta solidorum proceditur summarie sine strepitu, et appellatione remota.

Cap. 6. Item à quocumque gravamine etiam ante sententiam diffinittivam potest appellari.

Cap. 7. Item quod datis Apostolis, vel lapsis dictis decem diebus infra quos dari debent, potest utraque pars causam prossequi coram Iudice ad quem.

Cap. 8. Homines Locorum (in quibus Monasterium vel aliae Personae Ecclesiasticae huius Diocesis habent Iurisdictionem temporalem seu secularem) in his quae sunt ratione Iurisdictionis non habent appellatio-

41. Hoc est quod dicat, et confiteatur se hominem proprium et solidum esse ratione Mansi ipsius Domini directi.

nem, nec appellare possunt ad Episcopum, quia in Catthalonia appellationes sunt Dominorum Castrorum in quo habent Iurisdictionem, et (30) non superioris, et ita fuit Iudicatum, et Obtentum per Dominum Ioannem Episcopum Gerundensem. 2. Octobris 1370. in causa appellationis interpositae per Iuratos villaे Balneolarum cuius Monasterii, et eius Abbatis est Iurisdictionio secularis dictae villaе⁴² et ab officialibus secularibus locorum in quibus Episcopus habet Iurisdictionem temporalem appellatur ad officialem et vicarium ipsius Episcopi de consuetudine.

Rubrica 16.

DE PRAEBENDIS, ET ARRENDAMENTO FRUCTUUM BENEFICIORUM AC QUID NOMINE OBVENTIONUM VENIAT.⁴³

Cap. 1. Item cum Priors Praepositi vendunt seu arrendant fructus, seu redditus suorum Beneficiorum possunt in Instrumentis arrendamenti haec vel similia verba retineo mihi medium partem foriscapiorum, vel ob (31)ventionum, sive sdevenimentorum, ita de mortuis, sicut de vivis fuit dubium, an nomine obventionum sive sdevenimenti intelligentur sepulturae, offertae, luminaria, et similia. Habet unus quod non, sed solum Intestiae, et exorquia ita quod praedicta efficiuntur ad Arrendatorum, id est illius qui arrendavit, et Dominus nihil habebit cum tales fructus, et redditus ipsorum denseantur.

Rubrica 17.

DE REBUS ECCLESIARUM ALIENANDIS, VEL NON, ET DE FIRMIS IN CONTRACTIBUS ALIENATIONUM, ET DE FORISCAPIO UT PERTINEAT AD HAEREDEM BENEFICIATI PRAEDECCESSORIS, QUI IN VITA PETIT, ET NON AD SUCCESSOREM ATS DE FORISCAPIIS.

Cap. 1. De Iure consuetudinario est in Ecclesia Gerundense⁴⁴ quod si foriscapium fuerit petitum in vitae Praelati, vel clerici, esto quod non

42. Romag. ad conciol. lib. 3. rubr. 1. n. 30. in fin. testat. hoc in dessuetudinem abiisse.

43. Arrendamento ecclesiastico suscepto potest Arrendator convenire in foro ecclesiastico Debitoris sicut possunt Beneficiati Mier. in 1^a parte fol. 61. n. 13. Romag. ad synod. lib. 3. tit. 6. cap. unic. n. 44. fol. 110.

44. Idem dic in pentionibus, seu canone, quia pentio annua est debita in princ. anni. arg. in l. si servus communis titii §. fin. f. de stip. servor.: Quotidiana non exacta pertinet.

fuerit habitum nec firma apposita post eius (32) obitum pertinet Haeredi. Romag. ad synod. lib. 5. tit. 13. cap. 2. n° 14. pag. 445. et cap. 3. n. 29. pag. 455.

Cap. 2. Item nota quod alienationis nomine continetur mansipiorum manumissio, ususfructus datio, et constitutio pignoratitia, et hypotheca, servitutis constitutio, et omnis actus per quem Dominum transfertur.

Cap. 3. Pro obligatione (ut in L. fin. cod. de Iur. emphyt.) facta ad decem annos solvitur laudimium.⁴⁵

Cap. 4. Item in constitutione facta ad longum tempus, vel cum reversione fructuum debetur laudimium de consuetudine, secus si ad modicum tempus.

Rubrica 18.

DE DEPOSITIO ET COMMODATA, ET DE INSTRUMENTO COMMANDAE.

Cap. 1. Item quod quilibet tenens Comandam capit pro Comanda dummodo ostendatur Instrumentum Comandae contra eum purum scilicet quod non sit ibi Fideiussor, nec terminus, nec Iuramentum, etsi tale Instrumentum ostendatur non capitur donec aliter Comanda probetur.

neant ad successorem in Beneficio, ut volunt salg. in lab. credit. post tract. dec. 9. n. 14. Ripoll. var. cap. 7. n. 176. Fab. ad cod. lib. 4. tit. 43. dif. 30. an vero ad haeredem defuncti de cuius tempore iam debebantur ut dicit Peg. de laudem. vers. 1. fol. 41. n. 132. et 133. Amad. a Ponte qq. laudem. 38. (32) n. 22. et tunc firmam debere facere novum beneficiatum cui dandi sunt 1494 pro firma solso. Lucer. laud. cellu. 12. n. 98. conciliantur per hanc consuetudinem de qua meminit solso. dicta cellu. 12. n. 98. ibi in civitate tamen et Diocesi Gerundense est consuetudo Scripta etc. ut 1^a opinio procedat si petitum laudimium non fuerit secunda vero est contraria.

45. Quia dicitur facta ad longum tempus secussi ad quinque annos. Alex. L. si filios fam. § sive in quinque n. 23. f. solut. matrim. sed vide Ludovic. Peg. in cap. ne super vers. item queperçó n. 78. et rursus n. 100. prope finem, et quae notat in cap. seq. sup. ver. 60. longum: vide vilapl. ad Peg. prael. 30. n. 56. pag. 51. trist. dec. 70. pag. 83. soc. in con. catal. pag. 554. n. 36. depositarius Gerundae exigit 4. denarios pro libra pro custodia. Mier. in 1^a par. fol. 127. in 3. col. sic. servatur etiam in comit. Empuriarum.

Rubrica 19.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE

Cap. 1. Iuvenis Homo etiamsi fuerit antiquitus alicuius Domini potest absque prohibitione Domini sui cunctas eius possessiones vendere simul vel divisim, et ita de consuetudine iudicatur, et fuit saepe iudicatum, ratio est quia Iuvenis Homo non tenet nisi Personam pro Domino, et ideo Dominus non potest prohibere alienationem rerum quae pro ipso non tenentur.

Cap. 2. Item quod aliquis non possit petere aliquam rem (etiam specialiter obligatam vide Canc. var.) ab eo qui eam emerit per cursorem publicum, et (34) publice nisi restituerit praetium.⁴⁶

Cap. 3. Item quod si Emphyteuta vendit rem suam datam in Emphyteusim, quod proximus, sive medius Dominus potest eam retinere pro praetio illius venditionis infra 30. dies postquam Instrumentum venditionis fuerit sibi presentatum.⁴⁷

Cap. 4. Quicumque tenens officium, vel ministerium, qui emerit aliquam mercaturam ad opus officii, vel ministerii sui, sive sit Mercator sive alius qui se habeat capitur in Persona, sicut caperetur pro Comanda, nisi ostenderit quod fortuito casu amisserit eam.⁴⁸

Cap. 5. Consuetudo est, quod si Emphyteota cessaverit per triennium putare vineam, quod potest privari per Dominum vineae, nisi iusta causa valeat se tueri.

(35)

Cap. 6. Iure consuetudinario in Diocesi Gerundense introductum est quod rusticus liberum alodium de mansata potest eiicere, nisi Dominus habeat retrodecimam de foriscapio, et eodem Iure utimur quod si Mansata ad tantam debilitatem pervenerit quod extracto alodo Rustici de Mansata, non potest Dominus habere Personas, et alia servitia consueta, ipse Dominus potest prohibere ne ipsum alodium, vel aliqua possessio de mansata extrahetur quae pro aliquo Domino teneatur.

46. Limitatur in rubr. 23. de feudo honor. cap. 6.

47. Vide Canc. var. cap. 4. n. 194. 195. et seqq.

48. Hanc Interpretatur Mier. 1. p.^{ta} fol. 16. in 3. col. n. 17.

Cap. 7. Nota quod si in Instrumento venditionis rei Emphyteuticae non sit verum praetium quod res cadit in comissum Domino.

Cap. 8. Consuetudo est in Diocesi Gerundense quod si Rusticus aliquis terra vel possessiones vineas manso suo emerit poterit ipsam et vendere in vita sua infra 30. annos (36) absque etiam firma, et concensu Domini sui postea vero censemur de pertinentiis mansatae sicque non poterit illas alienare absque firma, et concensu Domini cui dabatur laudium per Emptorem ultra praetium Domino directo pertinentem.⁴⁹

Eodem modo censemur de pertinentiis si emptor Rusticus decesserit infra dictos 30. annos nisi aliud fuerit per pactum indictum, scilicet quod in stabilitamento per emptorem fuerit dictum, et conventum ut non possit in quam fieri de pertinentiis Mansatae, veruntamen si postquam ipsae terrae, vel possessiones fuerint de pertinentiis Mansatae affectae vel confiscatae, ut est dictum, et Dominus Mansatae allegaverit alias possessiones remanentes non esse sufficientes ad census, et servitutes quas, et quae ipse recipit in Manso, ut quia res est talis quae alienatae Mansus deterioraretur, et Dominus censem (37) non posset habere, vel homines tunc Dominus potest prohibere ne vendantur, et si venditae fuerint potest ipsas recuperare et reduci facere ad Mansatam, nisi ex adverso manifeste probetur, et tempore ipsius alienationis Ipse res sive possessiones Manso remanentes ad Census vel servitutes Mansatae fore sufficientes.

Et haec vera in alodialibus per Rusticum emptis, secus in aliis quae pro alio, vel aliis Dominis tenentur nisi Domini rerum per rusticum emptarum firmaverint illi emptioni, quia videntur renuntiare Iuri suo.

Si vero Dominus Mansi concenserit alienationi praedictae factae per Rusticum, et laudem pro exita Mansi receperit ulterius contradicere non poterit, nisi fuerit Dominus Ecclesiasticus, quia cum talis alienatio tangat proprietatem Mansatae, et Iuris Ecclesiae est nulla, et poterit revocari infra 40. an(38)nos, nisi fuerit in alienatione servata forma, et solemnitas: canon. sive exceptione 12. q. 2. si vero forma servata fuerit valet alienatio nec poterit revocari, nisi per viam restitutionis in integrum lesionem probata infra quadriennium.

49. Vide cap. 2. n. 12. et 13. tit. de Homines propis, y de remensa volum. 2. de las Pragm. aliquam revocantem ibi: E. mes sententiam etc.

Rubrica 20.

DE LOCATO, ET CONDUCTO.⁵⁰

Cap. 1. Item Inquilinus potest efici de domo remisso sibi, vel restituto praetio quod debetur de logerio illius anni imminente necessaria reparazione, vel ubi locator habet ipsam domum necessariam pro sua habitatione, vel si Inquilinus male versetur in domo, et iis casibus, et quolibet ipsorum habet solvere pro rata temporis quo tenuerit domum conductam, et ita servatur.

Cap. 2. Item quod Locator domorum potest conductori accipere res propria auctoritate sine sagione quae fuerunt illatae, et inventae in domo locata.

Rubrica 21.

(39) DE CONTRACTU EMPHYTEOTICO, FEUDALI, ET CENSUALI.

Cap. 1. Si Emphyteota negaberit Domino suo⁵¹ rem tenere pro eo in Emphyteusim, et firmaverit de Iure in posse alterius Domini, si Dominus potest probare rem pro ipso teneri, talis emphyteota cedit, à Iure suo, et amittit rem quam tenet pro Domino, quae cedit in comissum, et acquiritur Domino.⁵²

50. (37) Ad tit. de locato, et conductoro

Successor singularis non tenetur stare locationis factae: Font. decis. 80. n. 12. et 20. p. 211. = tamen haec regula patitur fallentias = et 1^a est quando conductor habet omnia bona locatoris generaliter, vel spacialiter = 2^a est cum etiam si simplex sit locatio conductor habet Ius reale in re locata, nam haber Ius hypothecam sive Ius reale Bart. in l. qui fundum f. locati, et sic vigore hypot. Conductor habet detentionem etiam invito Emptore, donec ei satis fecerit de dampnis, et interesse, et ut creditor habet detentionem eiusdem rei glos. in l. sciendam §. creditor ff: qui satis dare cog. L. si duo §. credit ff. uti possidet, et merito quia ne dum iste qui conduxit est conductor, sed est creditor ha(38)bens rem obligatam quam posset per subhastationem distrahere, et Emptoris possessionem si eam haberet auferre pro damnis, et interesse Massuer. in suo tract. de locat., et Iure emph. et Bart. in dicta l. Emptorem, et in l. qui fundum f. locati, et utrobique DD. Guid. Pap. cons. 480. canc. var. 1. cap. 14. n. 23. et 24. et Gomes var. res. tom. 2. cap. 3. post. 9.

Successor universalis tenetur stare colono exceptis duobus casibus Alex. in l. si filio. fam. 1. §. si vir in quinquen a n. 1. 22. ff. solut matrim.

51. Scienter, non si absque dolo vilapl. ad Peg. prael. 5. n. 15. p. 63. canc. var. par. 1. cap. 11. n. 10.

52. Ideo practicatur cautela de qua Amigant in prax. vicariis rubr. 21. n. 35. et 36. pag. 576.

Cap. 2. Item ille qui cessat in solutione census per triennium, vel ultra per quoscumque annos cessaverit, condemnatur in duplo, licet res pro qua census solvit, seu debetur non cadat in comissum.

Cap. 3. Item ille qui vendit, vel dat in Emphyteusim rem sibi datam in Emphyteusim sine concensu, et requisitione Domini prestat duplex laudimium, sed non cadit a re.

(40)

Cap. 4. Item si Emphyteuta non tenet emparam sibi factam, a Domino prestat Domino quinque solidos pro empara facta, et si emphyteuta offert Domino firmam Iuris cum effectu tenetur Dominus desemparare illud quod emparavit alias emphyteota non tenetur sibi servare emparam.

Cap. 5. Item quod emphyteota potest obligare in firmamento Iuris rem quae tenet pro Domino.

Cap. 6. Item quod si facta Iuris firma Dominus assignaverit Iudicem debet causam suis expensis ducere, et si emphyteota fuerit condemnatus debet solvere omnes litis expensas ab integro alias si ab initio se obtulerit suam partem solturum non tenetur in plus.

Cap. 7. Item quod Dominus potest abstrahere portas emphyteota auctoritate propria si non solvit ei censem die statuta vel nisi firmet sibi Ius.

(41)

Cap. 8. Item si Dominus dicit censem non esse solutum ab Emphyteota, quod ultra annum statur Iuramento Emphyteotae super solutione facta nisi sequenti anno probaverit Dominus quod interpellaverit emphyteotam anno praecedenti pro solutione Census temporis praeteriti.

Cap. 9. Consuetudo inveterata est, et semper fuit quod Dominus tenendo potestatem Castri, vel alterius feudi utitur, et potest uti ipso Castro ad voluntatem suam.

Cap. 10. Mulier ex quo fuerit Matrimonio collocata sibi remaneat Domini cuius erat antea sive in alium Dominum transferatur non tenetur aliquid ratione Census dare Domino suo pro recognitione dominii, et ita sepius fuit Iudicatum.

Cap. 11. Dominus esto quod firmaverit obligationem⁵³ Uxori rustici quam Maritus promitat cum (42) certa quantitate dare redemptam Casu quo Matrimonium solvatur non tenetur ipsam conditionem sequi, imo de bonis Ipsius Uxorius potest redemptionem habere.

Cap. 12. Borna (alias Borda) ex natura suae nominationis importat signum servitutis hominum, et Mulierum, et fuit sepius Iudicatum Gerundae.⁵⁴

Rubrica 22.

DE RE TASCALI, ET CENSUALI.

Cap. 1. Item Emphyteuta non potest sciendere Arbores rei emphyteuticariae, nec in re tascali facere aream vel edificare⁵⁵ vel plantare Arbores Invito Domino, quia tasca denotat quod sit terra arabilis, vel alias cultivilis ad segetes vel alias fructus colligendos.⁵⁶

Cap. 2. Prestatio taschae probat directum Dominium rei pro qua presuntur, nisi contrarium probetur per publicum Instrumentum sed solutio census non probat directum dominium.⁵⁷

Rubrica 23.

(43) DE FEUDO HONORATO, ET ALIO.

Cap. 1. Feudum honoratum dicitur de quo non prestatur aliquod servitium, nisi tantum homagium, et de quo feudo si Feudatarius obligat uxori pro dote eiusdem vel dat alias in feudum vel inde fecerit stabilimen-

53. Corregimos la lectura abligationem del manuscrito.

54. Vide Marquil. in usat. fol. 59. col. 4 in princ.

Tasca quid sit, et quid calcatura, quid Braciaticum et squillata vide infra tit. de tascis fol.

De materia tascali vide font. de pact. Claus. 4. glos. 20. per tot. trist. dec. 94. per tot.

55. Vide Font de pactis Claus. 4. glos. 11. n. 9. per tot.

56. Si terra taschalis cultivilis non colatur possunt Emphyteotae, et Coloni compelli colere. Mier. in 1. p. fol. 29. cap. 25. n. 16. in fin. nisi sint steriles quo casu colonus potest relinquere terram: Glos. in l. 2. in fin. cod. de agr. et cens. libr. 11.

57. De materia huius cap. vide Romag. ad synod. lib. 5. tit. 12. cap. 9. a n. 92. pag. 426.

ta per milites vel alios qui tenent alias res quae sunt de dicto feudo non debet habere inde Dominus maior aliquid, nec etiam requiritur eius concensus vel firma Iuris in praedictis, sed tamen Feudatarius non posset feudum vendere, vel donare, vel aliis Personis obligare vel alias minuere, vel deteriorare feudum absque firma vel concensu Domini.

Cap. 2. Item alodium Fiscalinum vocatur de cuius alienatione, permutatione, vel similibus non datur Domino nisi foriscarium, et certi census de ipsa re, et de tota mansata, nam in talibus alodiis non habet Dominus tascham nisi census, et foriscapia, tertia, et (44) laudem, et sic est de consuetudine.

Cap. 3. Consuetudo est in Cathalonia quod Pater potest Filio habili ad serviendum dare feudum Domino irrequisito, et postea Pater non tenetur firmare Domino Ius in posse Domini, nec aliquid facere pro eo.

Cap. 4.⁵⁸ Non amittit feudum Feudatarius nisi intra annum, et diem requisitus non obtulerit homagium Domino. Et hoc tempus non currit nisi postquam a Domino fuerit requisitus.

Cap. 5. Iure consuetudinario est introductum quod res emphyteotica stabilita per primum Emphyteotam potest, et debet teneri pro primo Emphyteota sine Iure laudimii, et directe dominii, et ita fuit Iudicatum.

Cap. 6. Item est de Consuetudine quod si Rusticus vendat aliquam possessionem, quod Dominus pro quo tenet, non potest illam sibi retinere, nisi illam (45) velit ad suum proprium vomerem vel usum retinere.

Cap. 7. Item Dominus directus potest compellere Emphyteotam cum capibreviaverit sibi terras quas pro eo tenet, quod in capibrevo exprimat terras quas pro alio tenet, et etiam si per diem tenuerit.

Cap. 8. Consuetudo est in Cathalonia quod Miles non facit homagium de pede ratione feudi, sed facit sacramentum fidelitatis sicut dicitur de clero qui non facit homagium, sed facit fidelitatis Iuramentum.

Cap. 9. Item est Consuetudo quod rusticus potest terram deserere, sed vassallus non potest dimitere feudum nec homagium Domino nolente.

58. Vide Paguer. praelud. 2. a n. 6. et n. 15. et ibi vilaplan. n. 38.

Cap. 10. Item quod quilibet Emphyteota potest dimitere rem quam tenet pro alio in Emphyteusim dummodo solvat censem quem tenet dare pro tempore praeterito, et restituerit Instrumenta, et faciat sibi fieri (46) Instrumentum absolutionis, et salvo modo iure deteriorationis rei.⁵⁹

Cap. 11. Consuetudo est in Cathalonia quod Rusticus potest terram quam tenet pro Domino relinquere invito Domino, quod intelligitur damno prius emendato, et censu soluto, ac Instrumento stabilimenti restituto et debet facere Domino Instrumentum desertionis, et redditionis quod est verum, nisi Rusticus bona sua pro illo obligaverit, nullo tamen casu potest Rusticus dimitere Mansatam pro qua prestitit homagium solidantiae, nec mansum renuntiare in Diocesi Gerundense Invito Domino.

Cap. 12. Nota quod usus, consuetudo, et observantia est huius terae quod si in aliquo Manso deficiunt tenetores, et ob hoc Dominus Mansi habet dare, vel stabilire eum alicui quod eo casu omnes possessiones quae fuerunt dependentiis (47) dicti Mansi tornant ad ipsum Mansum, et acquirantur noviter licet aliquae terrae de ipsis teneantur per unum vel plures Dominos: Et potior Ius habet ille tenetor novus in illis quam ille, vel illi quibus dictae terrae fuerunt stabilitae, nisi ipsas per 30. annos possederint pacifice, et hoc verum est; si tamen Dominus Mansi non potest habere, vel invenire de suo Manso homines, nisi demum tornata vel restituta tali terra in ipso Manso alias si invenire posset Dominus, vel invenirentur Personae Idoneae quae se facerent suas pro terras quae iam sunt in tali manso tempore stabilimenti hoc casu consuetudo non vendicat sibi locum, vel nisi ipse Dominus firmasset vel pro exita mansi aliquid habuisse de possessione quae pro Ipsa non tenebatur quia tunc Iuri suo videtur renuntiare.

Rubrica 24.

(48) DE DOTE, VEL DONATIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

Cap. 1. Item est consuetudo quod si Pater donat aliam terram filiae suae in dotem, quo Dominus habeat laudimium pro exita Mansi, etiam si talis terra teneatur pro alio Domino, et non pro Domino ipsius Mansi.

59. Ita in cap. 66. consuet. Bar. in 2. volumine Font. Claus. 4. glos. 18. p. 1. a n. 122. :: Canc. var. 3. cap. 1. a n. 178. et 184. Ripoll. var. cap. 7. n. 28. pag. 176.

Cap. 2. Item si aliquis teneat aliquam rem pro alio ex quo non sit de mansata vel Borna potest dare filio seu liberis, et é converso Filius potest dare eam suis Parentibus absque consensu, et firma dominii Idem de Mansata, vel Borna in universo, idem de parte dummodo suficiat Dominu ad servitutes numinales, et alias censes.

Cap. 3. Item est consuetudo quod si rusticus dederit uxori sua in donationem propter nuptias terram quam pro Domino teneat ignorante Domino vel non concentiente expresse mortuo, vel non (49) mortuo Rustico Dominus potest licite emparare, et uxorem expellere.

Cap. 4. Item in dotibus, donationibus propter nuptias lucris, et augmentis nubcialibus, servatur aequalitas inter coniuges de consuetudine Gerundensis Diocesis et Civitatis.

Rubrica 25.⁶⁰

DE TESTAMENTIS, ET ULTIMIS VOLUNTATIS

Cap. 1. Testamentum factum in aliqua Parroquia Diocesis Gerundensis extra civitatem receptum per sacerdotem Ecclesiae Parochialis in eius Parochia valet, et fides attribuitur licet non sit Notarius nec Ipsum testamentum sit coram Iudice publicatum dum tamen sint quinque testes in ipso testamento.

Cap. 2. Item est Consuetudo, et observantia in Diocesi Gerundense quod septem testes requirantur in testamento in codicillis quinque et non in locis foraneis in quibus sufficiunt quinque testes in testamento, et in codicillis tres.

(50)

Cap. 3. Hodie servatur in computatione legitime lex Romana, licet olim de consuetudine servaretur lex Gothica.

Cap. 4. Mortuo sacerdote qui a Parochiano testamentum vel codicilos recepit non potest successori illum vel illos in mundum tradere absque decreto Episcopi, vel eius officialis, vocatis quorum interest, vel alterius

60. En el manuscrito no figura el número de rúbrica.

Iudicis consensu iuxta synodalem constitutionem super iis editam per Episcopum Gerundae 2^a. Maii 1339. et incipit consuetudinem:

Cap. 5⁶¹ Item est Consuetudo quod curatus et alius sacerdos recipiens testamentum, vel codicillos sui Parochiani scribit de voluntate testantis Manumisoriam, et legata eidem recipienti sub nomine tamen Beneficii vel Ecclesiae, et non nomine, et ad utilitatem ipsius scribentis: v.g. consuevit scribere facio Manumissores Recto(51)rem vel sacristam quicunque fuerit: Item lego sacristiae Rectori vel clericu, et huius modi etc. valent de consuetudine, nec per hoc conficiens, et sibi taliter scribens punitur.

Rubrica 26.

DE TESTAMENTO SACRAMENTALI

Cap. 1.⁶² Item servatur de Consuetudine quod si aliquis coram testibus testamentum, vel suam ultimam voluntatem nuncupaverit quod recipiuntur, et examinantur testes vocatis vocandis, quorum interest per Iudicem, et recepto Iuramento a testibus in aliqua Ecclesia⁶³ super Altari consacrato⁶⁴ tales testium depositiones rediguntur in publicam formam, et eidem ex decreto Iudicis attribuitur fides et vocatur testamentum sacramentale.

Rubrica 27.

DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO, ET DE EXORQUIA, ET INTESTIA
RUSTICORUM, ET IUVENUM HOMINUM, ET MULIERUM.⁶⁵

Cap. 1. Si aliquis Rusticus de Man(52)sata in ea moriatur intestatus exorcus, vel intestatus tantum vel exorcus tantum, ego debeo ei succedere in tertia parte omnium bonorum suorum mobilium, et se mobentium. De

61. Vide Fran. carpio de execut. testament. lib. 1. cap. 10. per tot. Rube de testam. cap. 20. n. 43. et 4. Frarinach. de falt. et simulat. q. 150. pte. 8. n. 175. 195. 196.

62. De hac consuetudine vide Font decis. 576. et seqq.

63. Sti. Martini Gacosta de consuetudine, ut ait Font. decis. 578. n. 24.

64. Nempe Beatae Mariae in Ecclesia sancti Martini Gacosta ut propriis oculis vidi ita fieri hoc anno 1676. super testamento sacramentali Antonii Ladent quo Calderarii Gerundae penes Didacum Puig notarium et scribam maiorem curiae Regiae praesentis civitatis Gerundae.

65. De intestia, et exorquia vide socarrats ad usat.: Item si aliquis 13. pag. 501.

duabus partibus remanentibus elevabitur sepultura si bona sufficient, et si non sufficient de dicta tertia parte elevabitur, et debita elevabuntur de duabus partibus praedictis; et hoc habetur sic quando moriatur Rusticus, sive habeat Parentes, vel liberos sive non.

Cap. 2. Nota quod censalia quo ad Iura Intestii, et exorquia cencentur mobilia de consuetudine Diocesis Gerundae.

Cap. 3. Item si Domino comperit exorquia, et Intestia in Rustico non competit Ius ultra unum tertium, nec consequitur plus Iuris quam si solius Intestiae vel exorquia Ius consequutus fuisset.

Cap. 4.⁶⁶ Consuetudo est quasi generalis huius terrae, quod quando Iuvenis Homo moritur Intestatus sine liberis quod de bonis eius fiant tres partes (53) quarum una pars est Domini alia dividitur in tres partes, una est Clericorum pro missis canendis pro Anima sua, secunda est Parentum de tertia fit Eleemosinae, et tertia pars totius substantiae suae est proximorum in parentela. Hoc tamen est plus in eo qui habet Libros, et moritur intestatus quod Dominus nihilominus habet tertiam partem, et aliae dueae partes dividuntur ubi supra. tamen si aliquis homo Iuvenis de bonis adventitiis utpote quia fuit lucratus aliqua ut Mercenarius, quia in hiis habet Ecclesia ut supra praemittitur, sed Pater retinebit usumfructum (de Iure) in talibus bonis quamdiu vivat: securus si habuerit bona castrentia quorum proprietas, et usufructus pertinet ad talem Iuvenem, et potest de illis testari. Et praedicta habent locum in Puberibus secus vero in Pupillis quos natura generare, et concipere, ac Ius testari impedit, et non sunt exorqui nec steriles intestati, sed intestabiles (54) dici possunt, et ita servatur Gerundae de rationabili consuetudine licet Barchinone sequendo Iacobum de Monte Iudaico servent contrarium, et male.

Cap. 5. Exorcus non dicitur, qui moritur relicto Filio superio, idem si moriatur relicto Posthumo idem si partus oriatur ex secto ventre, idem si moriatur relicto Nepote ex filio, si vero filios habuerit filium dicitur mori exorcus, sed si fuerint Pupilli qui filios numquam habuerint, nec habere potuerint, et infra pubertatem moriuntur ipsi Pupilli non poterunt

66. Consuetudo quod Dominus secedat Pagestio valet secundum Hortensem in summ. tit. de nat. ex lib. vent. §. fin. Guillerm. Bened. in cap. Reynand. verb. et uxorem nomine Adalas. (53) n. 39. Ioan. Fab. in §. 1. Inst. quib. modis Ius. Part. potest. solvitur cortiad. decis. 258. n. 57. et 58. pag. 72.

proprie dici steriles, nec exorqui, quia aetate impediente non fuerunt habiles ad generandum, sterilis enim, et exorcus est qui licet aetate sit habilis aliquo casu impeditur generare. Aliud est enim impedimentum aetatis ut in L. sed est quesitum.

(55) Exorcus Idem est, ac sterilis, et Infecundus: Est enim exorquia vulgare Cathaloniae, et idem est quod sterilitas, vel Infecunditas quia sterilitas est contra fecunditatem unde glos. in auct. sicut. c. de SS. Ecclesiis exponit sterilis idem est quod infructuosa puta quia non reddit fructus quos reddere consuevit, et imputatur si venit ex vitio insolito. Unde sterilitas, sive exorquia dicitur vitium contra generalem consuetudinem naturae proveniens, et sit Pupilli quibus naturale est non generare, nec procreare sobolem non possunt dici steriles, quia naturae et sterilitatis diversa sunt impedimenta: Et ita qui dicit exorcum, dicit, et praesumit Puberem, et natura sive aetate habilem ad generandum, et male intelligunt, que Pupillum dicant exorcum, nec dicitur sterilis vinea quae primo anno fructum non dat.

Cap. 6.⁶⁷ Intestatus proprie dicitur qui testari potest sed moritur (56) nullo condito testamento, seu condito et nulliter et irrito facto, et non de Iure; sed quibus propter defectum aetatis testari de Iure non praemititur, ut sunt Pupilli tales impropre dicuntur intestabiles, et ideo verbum intestatus duos habet intellectus in hac materia poenali, et odiosa, et debet restringi ad proprium intellectum tantum, quoniam non est imputandum quod Ius aut natura negat, et ideo est optima Consuetudo Gehrundensis quod de bonis Pupillorum non debet solvi, nec exigi intestia, nec exorquia, et peccant contra observantes, nec valet consuetudo in contrarium tanquam irrationalis, et Animabus pestifera ex scolis penitus irritanda ats evitanda licet de facto contra abutatur ab his qui in eis Iurisdictionem habent, et sibi ipsis Ius dicunt, et de bonis Pupillorum vel ratione Intestiae, vel ratione exorquiae tertium exigunt sicut de Adultis sed male.

Rubrica 28.

(57) DE SEPULTURIS

Cap. 1. Consuetudo antiquissima est huius Diocesis quod si quis moriatur extra suam Parroquiam vel locum domitilii, eius spolia pertinent

67. Vide Redensach. concil. 24. 25. et 26.

Curato Ecclesiae Parochialis infra quam moritur: Et ipse Curatus suis expensis tenetur cadaverem ipsius defuncti tradere ecclesiasticae sepulturae, et nomine spoliorum hoc casu veniunt (de dicta consuetudine) vestes, arnesia, pecuniae, et quidquid defunctus habebat in loco ubi moritur pro servitio sua Personae, sed in civitate Gerundae servatur quod si extraneus moram traxerit cum aliquo cive et habitatore ipsius civitatis, si ibi moriatur non dantur spolia Curato Principali, nisi fuerint de illis qui stant pro custureris, et sibi non faciunt expensas victus, et vestitus et non habent propriam (58) larem, nec recipiunt certam solidantam pro anno vel mense, sed secundum quod faciunt, et operantur, et de ipso opere recipiunt mercedem sive praetium operis tantum, et non servitii, et temporis, si vero alibi domiciliatus moriatur in loco ubi traxit originem de eo non datur spolium, quia non dicitur Advena, quia moritur in loco proprii originis.

Rubrica 29.

DE IURE LEGITIMAE, SEU PORTIONIS PERTINENTIS AD FILIOS RUSTICORUM ET IUVENUM HOMINUM, ET DE HEREDITAMENTO EORUNDEM, SIVE IN VITA SUA, SIVE IN MORTE.

Cap. 1. Item Filii, et Filiae qui sunt Padiansis (alias Patrons) partem de mansis suis in bonis paternis non possunt petere legitimam in bonis immobilibus mansi, sed de aliis omnibus habebunt legitimam, et eidem de filiis Rusticorum qui fuerant Patroni (59) ipsius mansi, si vero praedicti Rustici, vel Rusticae obtulerunt donationem propter nuptias, vel sponsalitium in manso, tunc filii eorum possunt petere legitimam donationis propter nuptias vel sponsalitii ab herede ipsius mansi, et obligationem inde factam sibi tradita, sed tamen filii non possunt petere quod terrae, causa dictae obligationis vendantur.

Cap. 2. Item si Rusticus in suo testamento dixerit quod filii hereditentur secundum facultatem Mansi, Filii, et Filiae debent habere omnia mobilia ipsius mansi, et haeres nihil debet habere in ipsis bonis.

Cap. 3. Si vero non sint in ipso Manso aliqua bona mobilia, vel modica haeres tenetur donare annuatim aliquam quantitatem idoneam de expletis, Mansi, quae sibi remanent congrui deductis expensis, et victu ipsius haeredis annuatim et si vix suficiunt ad victimum (60) haeredis Filii de expletis, vel terris ipsius mansi possunt petere, vel habere.

Cap. 4. Nota enim quod si Pater dicat in testamento suo in hereditamento facto uni filiorum volo, et mando quod alii Filii mei habeant de bonis meis lexiam, et haereditamentum iuxta facultates mansi ad cognitionem talium: dic quod hoc casu uno mortuo de talibus filiis, quod Dominus directus suus habet tertiam in bonis, et Dominus facit stimare quantum pertinere potest tali filio mortuo in bonis Patris, et destriata, sive electa filii parte, et lexia Dominus habebit de lexia illa sive bonis tertiam partem, et sic est consuetudo Diocesis Gerundensis.

Cap. 5. Nota quod si Pater in vita sua testamentum fecit, et Filium haeredem instituit, et aliis Filiis etiam in potestate constitutis legatum vel lexiam fecerit, vel eis aliquid destinaverit, quod si antequam Pater moriatur aliqui de (61) illis filiis, vel omnes moriantur quod Dominus habet tertiam partem in illis lexiis, et etiam Ecclesia, si consuetum sit, et idem in muliere si esset proprietaria mansi, sed Dominus non potest tertiam, a Parentibus, sed Filio haereditario cuius est proprietas, ille enim tenetur ad hoc ratione haereditamenti.

Cap. 6. Item est consuetudo huius terrae inter Dominos habentes Mansos, et Personas quod si Rusticus moriatur intestatus superstitibus filiis pluribus quod se apud unum remaneat tota haereditas tenetur componere se Domino suo, et convenire de medio tertio, et medio laudemio cum Dominis possessionum, qui ibi remanent de suis partibus quae ipsis cohaeredibus fratribus suis competere poterant si ipsas partes petere voluissent.

Rubrica 30.

(62) DE LAUDIMIO, TERTIO, FORISCAPIO, ET ALIIS IURIBUS AD DIRECTUM DOMINUM PERTINENTIBUS⁶⁸

Cap. 1. Consuetudo est, quod res quae tenetur pro Domino directo, et alodiali potest vendi irrequisito Domino nec per hoc cadit in commissum nec etiam propter canonem non solutum per triennium in seculari, nec per biennium in Ecclesia, nec pro quocumque tempore, sed duplicatum census cessatus quae duplicatio est pena loco commissi, habet tamen

68. In rebus Emphyteot. et feudalib. repulsis omnibus consuet. servata est tertia const. Reg. Petri 3. lib. 4: tit. de Iure Emphyt. et ibi Mier. in 1^a. pte. fol. 165. n. 15.

potestatem Dominus redimenti si vult rem venditam pro illo praetio pro quo est vendita, et datur Domino ab Emptore tertium praetii rigurosi, videlicet de centum quinquaginta solidis 509, sed tamen Dominus de benignitate consuevit dimitere de tertio tertium, et sic de illis 509 levato tertio remanent triginta tres solidi, et octo denarii, et si Do(63)minus habet Baiulum, et fecerit gratiam de tertio debet solvere Emptor Baiulum Baiulo, si vero non fecerit gratiam Dominus de suo tertio debet solvere Baiulum.

Cap. 2. Si res fuerit data, vel permutata titulo haereditamenti, vel alio quocumque titulo lucrativo Emphyteota rem alienet, Dominus non habet Ius retinendi; sed habet inde medium laudem, et medium tertium, videlicet de centum solidis quinque solidi pro medio laudem, et viginti quinque solidos pro medio tertio, et sic sunt triginta solidi de centum solidis, et ita secundum magis, et minus, est enim laudimium decima pars de centum tamen illi qui habent Baiulos faciunt eis solvere Baiulum ultra illos dezem solidos laudimii.⁶⁹

Cap. 3. Consuetudo, et observantia fuit et est in Diocesi Gerundense quod quando aliquis mansus venditur cum suis terris per Dominum utilem (64) certo praetio, quod Domini directi campanerii habentes terras, et possessiones in ipso manso faciunt stimari terras et possessiones quae pro ipsis tenentur, et deducta tertia parte ipsius stimationis pro honore hominum, et mulierum Emptor dicti mansi habet se convenire de tertio, sive foriscatio de duabus partibus stimatis cum Dominis directis pro quibus terrae praedictae directe tenebantur, et ita fuit pluries iudicatum, et obtentum in contradictorio Iudicio de libro Guillermi Comenge.

Cap. 4. Item servatur quod si filius spurius habet aliquam rem Emphyteoticariam ex donatione Parentum, vel ex legato, vel alio simili titulo Dominus pro quo tenetur non habet modo tertium, vel laudimium, nec aliiquid aliud ratione transumptamenti quia venit ipse spurius per rectam lineam.

69. Vide Ripoll. vor. cap. 7. n. 105. Canc. p. 1. cap. 11. n. 40. Peg. de laud. vers. 6. n. 45. et 46.

An in datione Iuris luendi habeat locum fatica negat vilapl. ad Peg. vers. 1. a n. 70. ad 81. pag. 134.

Cap. 5.⁷⁰ Debet scire quod tria sunt Iura consuetudinaria in (65) Cathalonia (nota quae est Lupricato citraquae pertinet Dominis, et ad hoc servatur in Diocesi Gerundense): Primum est tertium, et pertinet eis tertium, quando res quae pro Domino tenetur venditur, et est tertium quia si antequam fiat venditio Emphytheota conveniat cum Domino, si res vallet trescentum Dominus debet habere centum, si autem fiat venditio ante, tunc Dominus habet medietatem de toto eo quod habuit de re, et hoc ultimum practicatur Gerundae: secundum Ius est medium tertium, et medium laudimium, et pertinet Domino quando res donatur, legatur, vel alias titulo lucrativo in collateralem vel alium penitus extraneum alienatur, et tunc pertinet Domino, pro ratione medii tertii, et medii laudimii ad rationem triginta pro centum, et donantur ... solidi pro libra: Item tertio, habemus laudimium, quod est Decima pars praetii stimationis rei, quae obligatur spetialiter; sed si impignoratur (66) res, seu pignori tradatur pro tanta quantitate, quod non sit spes, quod eam possit luere, tunc debet solvere foriscapum, ac si vendita expresse fuisse.

Cap. 6. Item sciendum est, quod quando Pater vel Mater dat filiis, vel aliis Descendentibus, vel Ascendentibus per rectam lineam quocumque titulo lucrativo, tunc Dominus non habet aliquod Ius de praedictis; secus est in transversalibus qui illi dicuntur Extranei, et sic Dominus habet Ius sibi competens secundum praedicta.

Item sciendum est quod pro Mulieris corruptae redemptione habet Dominus sicut pro Iuvene homine.

Item de Virgine solum habet duos solidos, et octo denarios, iuxta quod latius continetur in usat. posito supra tit. de statu Hominum §. non cogitur.

Cap. 7. Item est aliud sciendum, quod Dominus non potest compellere Mulierem viduam (67) quod se ab eodem redimat, sed si Domino provocante quod se redimat illa voluerit se redimere, Dominus non potest ab ea exigere nisi tertiam partem bonorum quae habet; si autem ipsa provocaverit eum, tunc Dominus poterit ab ea recipere licite quidquid inde posset habere, quia alias Dominus non compellitur dare viduam redemptioni nisi virum ducat, et si tunc corrupta sit dabit tertiam partem bonorum ut est dictum.

70. Circa hoc cap. 5. et seq. vide Mieres. part. 1. collat. 6. Petr. III in cur Perpinia. seu potius Cervariae super cap. Item ne super laudem n. 34. fol. 388. ubi videtur has ipsas consuetudines adferre, sed non parum immutatas = vide quoque solson. Incarn. laudem. 7. cellul. n. 3. 4. 5. et 6. pag. 65.

Cap. 8. Item est sciendum quod si terra quae tenetur pro alio est in Manso meo infra 30. annos, ille qui eam missit ibi potest illam abstrahere dando mihi pro exita mansi de solido duos denarios, alias lapsis 30. annis non potest abstrahere eam nisi me Domino consentiente, et istud vocatur Ius Bordiae, ut latius habetur supra de Emptione, et venditione.

Cap. 9. Item Nota quod directi Domini habent Ius faticae, seu re(68)tinendi, ita videlicet quod si emphyteota vendat rem sine consensu Domini Dominus intra mensem postquam sciverit, poterit illam sibi retinere pro illo praetio, pro quo vendita fuit, et hoc est verum nisi de consensu expresso Domini talis venditio facta foret.

Cap. 10. Si res Emphyteuticaria dividatur debetur Domino medium tertium, et medium laudimium, si inter Fratres ex legato habentes non interveniente pecunia divisio facta fuerit non debetur, si vero interveniente pecunia vel inter extraneos ipsa divisio rei communis fiat debetur foriscarium, quia divisio vicem continet emptionis; sed ex divisione quae fit inter cohaeredes testatoris Filios vel liberos ex Iuditio Familiae herciscundae per sententiam Iudicis ex rebus haereditariis emphyteoticariis non debetur laudimium, nec foriscarium aliquod, nec aliud Ius, quia (69) quilibet Iudicio testatoris praesumitur suam partem habuisse.

Cap. 11.⁷¹ Sed si res Emphyteoticaria ex causa transactionis tradatur debetur Domino foriscarium.

Cap. 12. Item si conducatur ad decem annos, vel plus debetur laudimium.

Cap. 13. Item si datur creditor i in solutum debetur foriscarium.

Cap. 14. Sed si res vendatur cum fructibus pendentibus unico praetio non solvitur foriscarium de fructibus, sed facta stimatione fructuum illa deducta de praetio solvitur foriscarium de Consuetudine Gerundense.

Cap. 15.⁷² Item est consuetudo Cathaloniae quod si Pater duos vel tres, vel plures filios habens fecerit testamentum instituens unum ex eis

71. Socarrats ad cap. eod. modo a n.76. fol. 128. et ad cap. tantum a n. 20. pag. 550.

72. Hoc cap. est conforme dispositioni L. si non sortem 26. §. si centum ff. de indebit. Peguer. de laud. vers. 1. n. 68. Ripoll. var. cap. n. 476. Ant. Fab. in cod. lib. 4.

haeredem aliis relinquendo aliquam pecuniae quantitatem, et haeres noluerit aut non habebit unde solvat, vel noluerit dare nummos, et dederit (70) pro parte, et haereditate seu legitima Fratri seu sorori unum castrum, sive Mansum seu Decimam vel censuale, quod sit feudum, et quod Frater, sive soror definiat pecuniae in isto casu Dominus pro quo feudum tenetur potest petere tertium, sive laudium, hoc est foriscarium, sicut de venditione, quia venditio est licet Instrumentum nominet eam donationem, et de hoc poterit Dominus facere demandam pro quo tenetur immediatae usque ad 30. annos, ab inde vero non, et isto casu illius fratris vel sororis quibus Frater donaverat accipiat firmam directi, vel servitium postquam fuerit feudum sibi confirmatum, ac si expresse Dominus eam sibi laudaret, et si ibi est Dominus maior Castellani medii, aut feudatarii non pertinet ad eos demanda, sed solum modo proximiori, veruntamen si inde tertium vel laudium, aut foris(71)capium Dominus proximior habet inde recipere duas partes ille pro quo tenetur immediate, et tertia pars inter alios dividetur. Nota quod laudium est nomen generale, et quandoque sumitur pro foriscario.

Rubrica 31.

DE IURE BAIULI⁷³

Cap. 1. Quilibet Dominus potest facere suum Baiulum qui pertinet Ius Baiulivi, et qui potes agere, et defendere in Iuditio pro haeredibus Domini sine alio mandato, cum Dominus integraliter foriscarium habuerit Ius Baiulivis remanet in Domino et non in feudatario, sive Emphyteo-

tit. 43. de Iur. emphyt. de fin. 55. per tot. Camill. Borrell. de laud. tit. 35. n. 57. Non tamen debetur laudium si Pater aut filius haeres pro securitate dotis etc. oppignoraverit aliquam rem ut fructibus potiatur donec et quousque (70) in dote etc. sit satis factum nisi per decem annos fructus persipisset. De hac materia vide Resol. manuscriptas laudemiales de fin. resolut. 6. per tot. vide Ferrer in constit. hac nostra temp. 3. declar. 2. n. 23.

Si oppignoratio facta non sit pro iusto praetio pignoris ut non sit amplius spes lititacionis non debetur Domino laudium, secus vero e contrario. Amat. a Ponte trac. de laud. q. 33. et 49. n. 7. Font. tom. 2. decis. 446. n. 13.

Dos aestimata data in fundo aliquo Emphyteoticario debetur Domino directo laudemium Font. de pactis claus. 5. glos. 8. part. 13. n. 22. cum ibi citat.

73. Ad hanc materiam vide Socarrat. ad consuet. Catal. pag. 549. et 550. n. 16. cum seqq.

Baiuli de sach quam facultatem habeant: vide xammar rer. Iudic. de fin. 76. per tot. *De Baiulo de sach*: vide vilap. ad Peg. in annot. ac vers. 4. a n. 103. cum seqq.

ta, sed si Dominus fecerit gratiam Emptori tunc Emptor tenetur solvere Ius Baiulivi dicto Baiulo, et dicitur Ius Baiulivi, los Parells hoc est quia habet Baiulus duos denarios pro solidi, et ita tres solidos et quatuor denarios pro libra (72) quantitatis scilicet foriscapii, quod Dominus habuerit, et ita servatur de consuetudine Diocesis nisi forsan ex privilegio aliud dari observetur.

Cap. 2. Baiulus qui de Baiulia emparata aliquid tangit, et de Iuribus Domini aliquid usurpat amittit Baiuliam de consuetudine Diocesis Gerundensis.

Cap. 3. Baiulus tenetur prestare Domino requirenti fidelitatis Iuramentum, et etiam multi prestant Homagium de consuetudine.

Rubrica 32.

DE REDEMPTIONIBUS HOMINUM, ET MULIERUM, ET DE IURIBUS EARUM,
ET QUI COGANTUR AD REDIMENTUM, ET QUI NON.

Cap. 1. Pro redemptione Hominum masculorum, et Feminarum si Dominus provocaverit non potest exigi ultra tertium bonorum redempti, sed provocatus poterit habere quidquid et quantum poterit inde (73) convenire, sed Dominus cogi non poterit redemptioni dare homines, nisi se ... vel Matrimonium contrahant tunc enim, a masculis, et femenis corruptis poterit habere tertiam partem bonorum mobilium, sed, a virginibus non poterit exigere, nisi duos solidos, et octo denarios; sed si fuerit virgo haeres, vel unica mansi, tunc Dominus non tenetur eam dare redemptioni, et ab unica Filia Iubenis hominis cogi poterit, ut det redemptioni, sed tunc poterit Dominus habere tertium bonorum mobilium pro ut haec latius habentur supra in tit. de statu Hominum ibi non cogitur.

Cap. 2. Domini pro maiori parte in Diocesi Gerundense Filios Hominum incorruptos cum matrimoniis collocantur absolvuntur ab eorum Domino pro duobus solidis, et octo denariis: a corruptis vero, et Masculis habent sicut possunt cum eis convenire, dum tamen ultra tertiam partem non (74) exigant bonorum suorum, et ita de consuetudine generali, ut plurimum observatur, nisi in certis locis ubi per pactum vel loci consuetudinem alias observatur.

Rubrica 33.

DE OPERIBUS LIBERTORUM HOMINUM, ET MULIERUM AD DOMINOS
SUOS PERTINENTIBUS.

Cap. 1. Opera est diurnum officium quod exhibetur alicui per diem artifitiale, et concistit opera in actu personali ut sunt Iovae, Batudae, Podatiae, traginæ, et hujusmodi.

Cap. 2. Nota quod pro operibus praeteritis non potest agi nisi ad stimationem.

Cap. 3. Item Iubenes, Homines, sive sint Masculi, sive Feminae tenentur facere ad requisitionem Domini Instrumentum recognitionis Dominii, et promissionis, quod non facient aliquid propter quod Dominus possit eos amittere, et si extra mansum moratur(75), et inde habent logerium Dominus potest eo cogere, ut faciant ei unum par Gallinarum, vel consimile servitium annuatim, et illum qui steterit pro logerio Dominus potest compellere ut uno anno moretur cum eo.

Rubrica 34.

DE IURE CUGUTIAE.

Cap. 1. Si Rusticus fuit Cugus Domini ratione Cugutiae debet habere tertiam partem omnium bonorum mobilium Rustici, et valorem ipsius tertiae partis debet habere Rusticus, vel eius successor in bonis uxoris Rustici, et soluto matrimonio debet hoc habere Rusticus, vel eius successor.

Rubrica 35.

UT LICEAT DOMINUS CAPERE PROPRIA AUTORITATE HONORES SUOS.

Cap. 1. Item quilibet potest capere Rusticum sive hominem suum solidum, et tenere captum sub tina vel in ferris (76) vel in Biga quod est verum, nisi sint homines de feudo Regio vel locorum Religiosorum.

Rubrica 36.

UT VINEA PUTETUR QUAE DIRECTE TENEATUR.⁷⁴

Cap. 1. Consuetudo est quod si Emphyteota cessaverit per triennium putare vineam quod potest privari per Dominum vinea.

Rubrica 37.

DE SERVITUTIBUS⁷⁵

Cap. 1. Si Fundus meus debeat servitutem fundo tuo eundi, vel du-cendi fructus illius fundi, tu non potes alios fructus alterius postea empti inde transire.

Cap. 2. Item quod in vicinis honoribus margines intelliguntur esse superioris honoris, sed si id non appareat superioritas reputabuntur comunes.

Cap. 3. Questiones terminorum, viarum et aliarum servitutum rea-lium consueverunt (77)determinari per Iudicem ordinarium, re oculis su-biecta vocatis partibus simpliciter, et summarie, et sine figura Iuditii, et sine solemnitate scripturae dummodo sententia proferatur in scriptis ad rei memoriam.

Rubrica 38.

DE SERVITUTIBUS URBANORUM PRAEDICTORUM.

Cap. 1. Item est consuetudo in Lucernis sive spilleriis positis in pa-riete privato, vel comuni qui lucem acceperit per ipsas lucernas, quod si lucernae steterint per triginta annos in pace, et continue quod ipse lucer-nae non possint claudi à parte adversa.

Cap. 2. Item quod si ille qui habet lucernas non habeat Instrumen-tum de lucernis, nec aliquam tuitionem 30. annorum, quod si cluserit eas operando ibi vel alio modo, quod iterum ibi non poterit habere lucernas.

74. Vide Ioseph. Ludou. decis. 22. max. n. 23. L. 13. f. de servit. rust. praed. Cal-das lib. 4. c. 3. n. 26. Novell. de reb. Ecctae. non alienan.

75. Vide L. ex meo 24. ff. de serv. rust.

(78)

Cap. 3. Item servatur de consuetudine quod si est questio de Lucernis Clausis parietibus, et Ianuis que sunt in honore qui tempus pro alio debet terminari per Mustasaphum Gerundae in civitate Gerundae vel per Ordinarium Iudicem ubi non est Mustasaphus, nisi forte ista questio fuerit posita in manibus Arbitrorum, et haec vera, nisi fuerint opera publica, et generale Interese rei publicae, et comunitatum civitatis tangentia, quae solum ex privilegio supra positis operum publicorum in civitate.

Rubrica 39.

DE DOTE CAUTA, ET ASSE CURATA RUSTICUS.

Cap. 1. Est autem consuetudo quod Maritus debet assecurare medietatem dotis, et aliquid ultra super possessionibus quas tenet pro directo Dominio, non obstante quod Maritus habet alodia, vel bona mobilia, et hoc verum (79) in Rusticis, secus servatur in Juvenibus Hominibus, et est verum quod Domini non possunt cogere Rusticos ultra dictam obligationem aliquid assecurare super bonis mobilibus, vel immobilibus Rusticorum, et ratione firmae domini concentientis dictae obligationi habet Dominus duos solidos pro libra quantitatis assecratae, quod Ius vocatur Intra Mansi.

Cap. 2. Nota quod quando res datur stimata in Dotem debetur laudemium Domino, et hoc verum quando fit stimatio, ut faciat venditionem quod presumitur in dubio, secus si solum stimetur, ut sciat quantum valeat, ut habeatur ratio deteriorationis, sed in feudalibus servatur const. curiae Cervariae Incipientis. Item ne super laudemio.

Rubrica 40.

(80) SOLUTO MATRIMONIO QUEMADMODUM DOS PETATUR.

Cap. 1. De consuetudine huius terrae est quod mortuo Marito, uxor Rustici non potest petere dotem dum permitatur res sibi pro dote obligatas possidere, tamen haeres uxorius petere poterit invito haerede Mariti.

Cap. 2. Item quod uxor censeatur post mortem Mariti possidere bona Mariti pro dote, et sponsalitio, et facit fructus suos dummodo fecerit In-

ventarium iuxta constit. Ab aquesta nostra etc. Curiae Perpiniani volum. 1 const. sub. tit. *dissolt. lo matrimonii.*

Cap. 3. Item quo uxor mortuo viro extantibus liberis in Pupillari aetate non poterit petere dotem sibi solvi⁷⁶ dummodo teneat bona Mariti, et recipiat fructus, et possit vivere competenter de bonis Mariti, vel de iusta (81) negotiatione sua nisi post annum luctus consolaverit ad secundas nuptias.⁷⁷

Cap. 4.⁷⁸ Item si non supersunt Liberi non potest infra annum luctus dotem petere sibi solvi dummodo prestentur alimenta sibi de bonis mariti infra dictum annum, et quod si post annum non fiat sibi solutio, interim recipiat fructus, et tenebit bona quounque sit sibi satisfactum et nihil hominus potest petere dotem sibi solvi, nisi fuerit uxor rustici.

Cap. 5. Servatur tamen quod si de haereditate, et bonis Mariti ad manus uxorius pervenerit pecunia de quibus potuerit sibi solvi, fit stimatio dotis pro ratta, et si sufficerent ad solutionem integrum totius dotis a modo ipsa uxor non facit fructus suos bonorum haereditatis dicti viri sui vigore dictae constitutionis Ab aquesta nostra salvo tamen si usufructus, a viro in testamento fuerit (82) ei legatus cuius verba, et conditiones iuxta voluntatem testatoris sunt servanda.

Rubrica 41.

DE LUCRO, SEU AUGMENTO NUPTIARUM.⁷⁹

Cap. 1. Est consuetudo, quod alter coniugum convolans ad secundas nuptias tenetur proprietatem lucrorum, et augmenti quae a primitivo coniuge lucratus fuisset, et acquisivisset reservare⁸⁰ liberis illius matrimo-

76. Si ipsa non petat, sed haeres mariti restituat dotem uxori intra annum, an intra annum luctus teneatur alere uxorem, negative consultit. Steph. Bertrand. cons. 309. par. 2.

77. Fallit etiam si maritus leget dotem uxori quia tunc non habet locum dilatio: Angel. in §. sed si uxori Inst. de legati Iass. in 1. post dotem n. 28. ff. solut. matrim.

78. Dos potest integre solvi, etiam si in capitulis expressum esset quod restitueretur eisdem solutionibus quibus recepta fuit: L. attilius ff. de pact. dotal. Bertran. cons. 200. 2. part. Canc. var. 1. cap. 9. n° 7.

79. De superviventia reservanda vide Romag. lib. 2. rubr. 46. n. 42. pag. 322. ton-dut. par. 1. resol. civ. cap. 46. pag. 95.

80. De sponsalitio reservando: Ferrer ad const. Hac nostra temp. 3. decla. 1. n. 151. et 163. pag. 441.

nii, ex quo ipsa lucra pervenerunt, non obstante pacto contrario quod pactum solum habet locum in casu non existentium liberorum tempore obitus dicti convolantis ad secunda vota.

Rubrica 42.

DE TASCHIS, DECIMIS, AGRARIIS ET ALIIS.⁸¹

Cap. 1. Item si aliquis tenuerit terram pro aliquo Domino ad tascham, non potest Invito Domino ibi edificare domos, nec plantare arbores in fructiferas, nec etiam fructiferas, (83) nisi de earum fructibus presertur tascha.

Et est sciendum quod tascha est undecima mensura, et ideo quando decima, et tascha, et primitia, et calcatura prestantur sic solvitur: Primo solvitur decima quae est decima mensura: secundo solvitur tascha quae est undecima mensura: tertio solvitur primitia quae est medietas decimae, et sic est decima quinta mensura; quarto solvitur calcatura, et mensura calcaturae debet esse eiusdem valoris mensurae, quae est tascha. Idem est in Braciatico quod est similis mensurae taschae. Idem media calcatura est tertia pars mensurae taschae. Item Braciaticum est eiusdem mensurae, et valoris taschae. Item Agraria,⁸² vel terrae media accipiuntur pro taschiis.

Cap. 2.⁸³ Squillata Bladii continet tres quarterias ordei, et tres avenae, et medium quarteriam speltae ad mensuram Gerundae.

(84)

Cap. 3.⁸⁴ Per legem etiam superficies ff. qui pot. in pig. habe. Dicimus quod Dominus directus praefertur ecclesiasticae (etiam in id quod sibi debetur pro sepultura) in execuzione facienda contra bona Debitorum secundo Ecclesia. tertio fabru districtu quanto creditoribus pro ut fuerint priores tempore, et potiores in Iure sed praeditis omnibus praferuntur Iudex, scriba, et alii Ministri Curiae.⁸⁵

81. De materia taschali vide cortiada dec. 193. pag. 66. trist. dec. 94. Font. Claus. 4. glos. 20. per tot. et Canc. var. 3. cap. 13. n. 292. et 293.

82. Agraria in dub. quomodo prestantur vide infra tit. de Allod. cap. 3.

83. Bladum quid significet vide Gonzal. tell. ad cap. cum sup. 23. de off. et pot., et ad cap. cum venissent 9. de ret. spoliat. n. 2. et ad cap. 3. de Decim. n. 3.

84. Item in tutorie bonis dato pro defentione in execuzione ut per mieres prima parte fol. 136. col. 2. 17.

85. Item, et parte in eo quod expendit in colligendis Instrumentis, et alias causas necessarias vide Bar. in L. fin. § in computat n. 2. et 3. c. de Iur. deliber.

Rubrica 43.

DE ALLODIIS, ET QUALITER IN DUBIO PRESTARI DEBEANT AGRARIA.

Cap. 1. Alodium est id, quod proprium est, et, a Némine recognoscitur, nisi, a Deo. Est vero alodium quando aliquis aliquas res ut proprias possidet nec pro eis facit vel prestat aliquam Personam, vel servitium licet sub Rege sit tota terra, et appellatur francum alodium. Potest etiam dici francum alodium, licet pro eo fiat Fisco tributum.

(85)

Cap. 2. Item habemus feudum pro quo prestatur servitium, et difert ab Emphyteosi quia feudum magis datur amore, et honore Domini quam lucri. Item in feudo de Iure comuni non succedunt Feminae regulariter, quia servire non possent, sed in aledio, et Emphyteosi sic, scilicet eas operando, vel alias.

Cap. 3. Consuetudo est Diocesis Gerundensis quod habens mansum obstrictum ad servitia hominalia, sive ad homines, et Feminas Domino pro quo ipse mansus tenetur non potest habere, nec tenere aliquam possessionem pro alladio, nisi probetur, vel ostendatur quod sit eius alodium, et si dubitetur de agrariis qualia debeant prestari ipsa agraria, debet Iudicari in ea conditione qua solvuntur per ipsum Rusticum de aliis possessiōnibus quas tenet pro Domino pro quibus minore agraria prestat ipsi Domino.

Rubrica 44.

DE OPERIS Novi NUNTIATIONE.

Cap. 1. De consuetudine Gerundense in(86)troductum est quod qui libet potest aedificare in suo (non obstante denuntiatione novi operis) facta Iuris firma, et etiam in pariete comuni, dum tamen deponat medietatem, vel ... in expensis factis in dicto pariete.

Cap. 2. Item servatur privilegium civitatis Gerundae indultum, quod si ille qui operatus fuerit iuraverit quod putat operari ad suum directum, et firmaverit ad notitiam sui Iudicis quod deleret ipsum opus si appareret iniustum spatium trium mentium super hoc minime observetur.

Rubrica 45.

DE IURIBUS CASTRORUM TERMINATORUM.

Cap. 1. Castrum dicitur quasi casa-alta seu fortis, et sic est munitum muris vel valle, ut in L. quicumque castrorum cod. de fundis limotroph. lib. 10. et L. 2. ff. ad L. Iul. magest. et consuevit habere Iurisdictionem de Iure comuni ut notat Bartol. in extrav. quoniam tit. qui sint (87) rebel. col. 12. sup. verb. Lombardiae.

Cap. 2. De consuetudine observata, et obtenta in Diocesi Gerundense Iura castri terminati quae sunt inprescriptibilia de quibus loquitur usat. Hoc quod Iuris est sanctor sunt quatuor, videlicet: Sonum, Cornu, Guaitta, Bada, et opus foranum fortitudinis castrorum; veruntamen si aedificia contingunt parietibus fortitudinis foraneae, Dominus Castri habet provideri Magistris in logerio, et cibo tantum, quamdiu opus duraverit in ipso pariete, ubi ipsa aedificia fortitudinis foraneae sunt contigua, et Homines termini ipsius castri cuiuscumque sint Domini,⁸⁶ tenentur eorum sumptibus facere totum aliud opus, et ita fuit de castro de sancto Acisclo, et de castro de Loreto, et de pluribus aliis Iudicatum.

Cap. 3.⁸⁷

Cap. 4.⁸⁸ Item est consuetudo Cathaloniae qua cavetur quod castrum cum suis terminis sit illius vicariae tantum in (88) qua est caput ipsius castri.

Cap. 5. Item est consuetudo, quod si duo vel tres Masoverii, vel Alo diarii franchi erunt infra terminum alicuius castri habet Guerram, seu sperat habere homines masoverii licet sit alodium francum militis vel ecclesiae tenetur operari in muris vallis ante naturalibus, sive ampites, et propugnaculis, sive barbacanas, et arquerii debent etiam guaytare surgere, et custodire, et excubias facere et exire ad omnem castri sonum, et sequi per universum castri terminum.

S. Et si in sequendo ipse vel aliquid de suo capitul, tenetur capiens ad deliberationem ipsius, sed non vulneratur, vel necaretur non tenetur

86. Hanc sententiam inserit mieres in 1^a parte fol. 21. n. 40. 41. et 42.

87. No existe cap. 3 en el manuscrito.

88. Vide in cur. Reg. Iacob. Gerundae celebr. cap. Item statuimus dictae curiae.

